BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 D
20

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-23.d.1
29
F
40
C
47

Digitized by Google

COMPENDIOSVS TRACTATVS DE DILATIONE IN LONGA ANNORVM,

tempora, magni arduiq; negotij Canoni-
zationis, Sanctorum.

AVCTORE

F. LVCA CASTELLINO

Ord. Præd. Epiſcopo Catacenſi.

Ad Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſ. D.

D. ANTONIVM BARBERINVM

S. R. E. Card. ampliſs. S. D. N. Papæ
VRBANI VIII. Germanum.

Bibliotheca Coll: Rom: Soc: Jesu
B. S.
Catal: inser:

NEAPOLI, MDCXXX.

Apud Octauium Beltranum.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.

DOMINO

D. F. ANTONIO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

Sanctiſsimiq; D. N. VRBANI PAPAE VIII.
Germano Digniſsimo.

FRATER LVCAS CASTELLINVS
Ord. Præd. Epiſcopus Catacenſis F. P.

LIBER, iam dudum à me in lucem editus, in quo de gloriæ certitudine eorum diſſeritur, quos Romani Pontifices, diuino afflante ſpiritu, Sanctorum Catalogo aſcribere conſueuerunt: longiorem videbatur deſiderare ſermonem, cur tandiù eiuſmodi prorogentur Sanctorum Virorum Canonizationes. Illud cùm quamplures mihi perficiendum ſuaſiſſent Heroes, & non mediocris litteraturæ Proceres, nõ nihil, ocij nactus iuſſa pro mei tenuitate ingenij exequi ſtudioſius curaui; iamq; confectum pro virili, opus tibi Illuſtriſsime Princeps dicandum conſtitui; maximè, quòd liber iſte ad priorem

illum Sanctiſs. D. N. Vrbano de Sanctorum Canonizatione dicatum, quodammodo pertinere videatur: vt iure tibi debeatur, qui eius æmulatus virtutes, ſicut natura te illi dedit fratrem, ità eximiæ animi tui dotes reddidere ſimillimum. Et quidem ille totius Eccleſię Paſtor, sũma, qua pollet prudentia moderatur habenas: Tu verò inter cunctos S R. E. Præſules moribus conſpicuus, religione clarus, pietate inſignis Vrbi, & Orbi notus, præclarè refulges; & dũ ille variarũ ſcientiarum notitia encyclopædiam adeptus, illuſtratam rectæ voluntati mentem coniungẽs, nihil eſt, quod non prudens proſpiciat: Tu ab adoleſcentia Sanctiſsimi Patris Franciſci ſectatus veſtigia, quam à primordijs, ex eius norma ſanctitatem ſuxiſti, Cardineum conſecutus galerum, magnanimitatem: atq; cæteras hæroicas ſanctitati connectens virtutes, dignum te illius germanum, cunctiſq; præbes virtutis exemplar; vt illud Poetæ meritò tibi conueniat: Integer vitæ ſceleriſq; purus. Memini Romanos virtutem vti Deam colentes, eidem templũ conſtruxiſſe, honoris ædi, adeò proximũ, imò coniunctum, vt in eam non niſi per illud pateret ingreſſus: eo fortaſſe iuuentutem commento monere ſtudentes, non niſi per virtutum ſemitas ad honoris

faſti-

faſtigia poſſe conſcendi. Nouerunt omnes Illuſtriſs. Princeps, Summum VRBANVM Antiſtitem non ſanguinis coniunctione affectum, ſed virtutum tuarum ſplendore permotum inter Cardinalium regalem cateruam te conſcripſiſſe, quò vel ſic non deliteſceret et lucerna ſub modio; ſed ſuper Eccleſiæ candelabrum poſita cunctis micarent corporis tui, animiq; dotes. Hæc (inquam) meum impulerunt animum, vt librum Sanctorum Canonizationis dilationem continentem tibi dicarem; ſancta etenim non niſi ſanctum decent. His accedit in me tua, iugis humanitas, qua meam fouiſti dignitatem, maximiſque cumulatum beneficijs, & quicquid meum eſt, tuum eſſe feciſti. Accipe igitur Illuſtriſsime Cardinalis ſeruuli tui munuſculum, & animi hilaritate, qua me, meaq; omnia complecti, ac fouere non es dedignatus, & in æternum. Vale.

Approbationes ſequentis Tractatus Theologorum, ac Canoniſtarum.

TRactatum hunc de dilatione in longa annorum tempora cauſæ Canonizationis Sanctorum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Epiſcopi Catacenſis Fratris Lucæ Caſtellini Ordinis Prædicatorum maxima diligentia ſtudio, ac voluptate euolui. Vnde cum in eo eluceat ſententiarum grauitas rationum firmitas ſtili perſpicuitas, & omnium, quæ eruditè tractantur elegans diſpoſitio ad vtilitatem Reipublicæ Chriſtianæ, ac præcipuè Iuris Canonici, nec non Theologiæ ſtudioſorum prælo digniſſimum cenſeo. Datum Romæ in Sanctæ Sabinæ ædibus die 6. Ianuarij 1630.

Ita cenſeo Frater Vincentius Pretus à Serraualli Sacræ Theologiæ Magiſter.

PErlegi ſumma voluptate tractatum hunc in longa annorum tempora cauſæ Canonizationis Sanctorum Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi D. Fr. Lucæ Caſtellini Epiſcopi Catacenſis, in quo eruditè vt ſolet, ac mira dexteritate materia abſoluit, atque Deo Reipublicæ Chriſtianæ, & noſtris præcipuè Iuris Canonici profeſſoribus vtillima iudico, & prælo digniſſimum cenſeo. Datum Romæ hac die 10. Ianuarij 1630.

Ita eſt Auguſtinus Barboſa V. I. D. Luſitanus Prothonotarius Apoſtolicus.

Iu-

Iudicium Operis.

O Puſculum tuum excepi Luca doctrina, & meritis Illuſtriſſime de dilatione per longa annorum tempora in cauſa Canonizationis Sanctorum. magnitudine quidem exiguum, ſed rerum pondere, ac profundiſsima rationum altitudine maximum. ſæpius illud ingenti voluptate perfuſus non tam oculis perluſtraui quàm mente peruolui ſemper tamen eximiam ingenij tui claritatem inſpexi ſuſpexique lumen vndique ſuum in legentis animum effundebat. Hoc ſibi vendicant res præclara vt ſi ſemel ijs cogitatio adijciatur titilent animum ſed amore ſui rapiant. Iudicium igitur de illo laturus hoc ſine aſſentatione puto dixerim non indigere laudatore, quæ ſuo ſatis nomine celebrantur, & hanc vni operi laudem ſufficere, quod te laudatiſsimum habeat auctorem lucet ſatis tui luce nominis; & in obſcuris alioquin cauſis faces præfert lucidiſsima claritatis.

Franciſcus Tontolus C. R. Congregationis Sumaſchæ, Sancti Officij qualificator, & ſanctæ Congregotionis ad librorum indicem deputatus Conſultor.

Vidi

VIdi hunc Tractatum de Canonizatione Sanctorum in longa tempora editum ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Domino Epiſcopo Catacenſi Fr. Luca Caſtellino Ordinis Prædicatorum in quo ne dum Catholicam, & orthodoxam doctrinam cum pietate, & Religione coniunctam deprehendi, vt & in cæteris alijs opuſculis, ſed eximiam quoque eruditionem cum zelo diuini cultus annexam præſertim in ſacra Apotheoſi Sanctorum, & Beatorum obſeruaui opere, vt publici iuris fiat in lucem emittendum cenſeo die 10. Maij 1630.

Iacobus Terragnolus Vic. Gen.

Magiſter Frater Dominicus Grauina Ord. Præd.
Curiæ Archiepiſcopalis Theologus.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Riccardius Ordinis Prædicatorum,
ſacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

Ad Candidum Piumq; Lectorem.

Sanctorum Canonizationis ritus in Sancta Dei Eccleſia, cum adhuc eſſet infantula, Deo, cuius peculiari prouidentia, regitur, & gubernatur, ità diſponente, inſuper, & inſpirante, maturam quidem, ſed non nimis diuturnam expoſcebat eorum virtutum, atque mirabilium, quæ per eoſdem omnipotens Deus operabatur, inquiſitionem. At grandior effecta iamq; ferè vniuerſum per orbem diffuſa (quippè laxatis in capturam ſanctæ prædicationis per Apoſtolos, eorumque adiutores, retibus per maxima, ac propè modum innumera piſcium repleta eſt multitudine) cum tritico creuerunt ab inimicò homine ſuper ſeminata zizania, cum bonis congregati ſunt mali: & adhuc oculus caligat humanus, vt non videat qui ſint boni eligendi in vaſa, quique mali foras mittendi; quoque magis deplorandum, inter ſapientes fatuæ commixtæ reperiuntur virgines; & lampades quidem omnes manibus geſtant, eaſque ardentes; cum tamen oleum ſufficiens cunctæ non habeant, vt veniente ſponſo dignæ cenſeantur, quæ ad Regis Regum nuptias felicius introducantur. Hinc mos, & ad hæc vſque tempora, ſeruata inoleuit conſuetudo, vt Summi Pontifices Romani Petri Succeſſores, quibus regendi Eccleſiam, fideles inſtruendi, atq; decernendi rectæ fidei regulas, munus eſt à Deo commiſſum, maximè ad obſtruendum fœtida nunquam non oblatrantium hæreticorum ora, non niſi diligenti ſtudio, abſolutaque indagine miraculorum, atque virtutum præmiſſis, ad enunciandum, eos qui ea patrarunt in cœlis cum Chriſto regnare feſtinent, ſed ad longa tempora meritò differant. Idq; rationabiliter fieri, quin ità faciendum, cum animaduertiſſem non nihil in libro, quem de certitudine gloriæ Sanctorum, Canonizatorum edidi, agere volui, verùm, cum ad Illuſtriſſimorum virorum, & de re Theologica benemer. opus illud perueniſſet; viſum illis fuit, vt pluribus materiam hanc proſequerer, atque diffuſius agerem. Iuſſis ad me delatis, prouinciam aggreſſus poſt curæ Paſtoralis nuper mihi impoſitæ negotia, ocio haud indulgens, opus perfeci. In eo autem duo potiſſimum tibi ob oculos ponenda exopto candide Lector: Primùm, quod argumentum iſtud, à nullis vel

à pau-

à paucis (quod ſciam) fuit hucuſque ex profeſſo tractatum, vnde nec mihi elaborandum fuit in aliorum explodendis ſententiis, eorumque refellendis rationibus, aut nouis mea fuit defendendo, aut ſtabilienda ſententia; Secundo multas ad inſtitutum demonſtrandum ſeſe obtuliſſe rationes non quidem naturales, ſed quæ tantùm à Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum, aliorumq; Doctorum auctoritatibus, & ab vſu ipſo pendent, præſertim verò antiquo Eccleſiæ more. Neque enim naturalis conſiderationis; iſthæc ſunt, neque purè ad ſpeculatiuam (vt aiunt) ſed potius ad poſitiuam ſpectant Theologiam; quare in eis parem alijs nefas eſt quærere formales Dialecticorum demonſtrationes. An verò ſcopum attigerim ſaniori iudicio relinquendum puto. Illud tamen exploratum habeo, noui inſtituti nouos futuros obtrectatores: at eos obnixè rogamus, vt non niſi rationibus, vel auctoritatibus, ſi quæ occurrerint, in me agant; neque enim me laceſſent verba latrantium, nec veneno tumentia ſcripta quoquo modo rurſus, ad ſcribendum irritabunt. at ſi quid boni in his lucubrationibus reperies, per gratum mihi erit: verumtamen Deo Opt. Max. a quo cuncta bona procedunt, gratias agito. Vale.

AR-

ARGVMENTVM
TRACTATVS
DE DILATIONE CANONIZATIONIS SANCTORVM.

1 IN præludio adducitur diffinitio, ſiue deſcriptio Beatificationis, atque Canonizationis famulorum Dei, & multa referuntur de antiquitate canonizationis, pariter de differentijs repertis inter canonizationem, & beatificationem.

2 In priori puncto tractatus multis aſſertionibus demonſtratur magna conuenientia, imò & neceſſitas dilationis canonizationis Sanctorum, quæ fundatur in vſu, & conſuetudine antiqua Eccleſiæ Romanæ.

3 In ſecundo puncto oſtenditur quanta ſit excellentia, & arduitas ſimul negotij canonizationis, atque beatificationis famulorum Dei; quæuè, & qualia eſſe debeant miracula, admittenda, ad effectum canonizationis, vel beatificationis Iuſtorum.

4 In tertio puncto proponuntur, atque reſoluuntur quamplures obiectiones contra iam adducta in præcedentibus punctis, & in earum reſolutionibus multa ſcitu digna traduntur.

5 In animaduerſione generali referuntur aliqua decreta circa cultum præſtandum beatificatis, vel Sanctis, in ſpecie adducitur decretum approbationis officij vnà cum lectione de veritate ſtigmatum Sanctæ Chatarinæ Senenſis, explicando quando,

do , & quomodo fama probet , vel non probet ad effectum canonizationis, vel beatificationis Iuſtorum , quæuè , ſeu quales eſſe debeant Teſtes examinandi in negotio beatificationis, vel canonizationis Sanctorum.

6 In additamento , in duas ſectiones diuiſo agitur de poteſtate beatificandi Iuſtos , & de certitudine , quam habere debemus , quod Papa non poſſit errare in beatificatione Iuſtorum, & quomodo Martyres ante illorum canonizationem, ſeruatis ſeruandis Beati declarentur . Demum referuntur aliqua decreta nouiſſimè edita circa recitationem Miſſæ , & Officij Diuini in honorem Sanctorum,& vnum præſertim circa ſeruanda in electione Patronorum Regnorum , ſiue Prouinciarum , vel Ciuitatum,aut locorum.

BREVIS TRACTATVS DE CONVENIENTI DILATIONE.

In longa annorum tempora, cauſæ, ſeu negotij, vèl facti Canonizationis Sanctorum.

AVCTORE
Fr. Luca Caſtellino Ord. Pædicatorum Epiſcopo Catacenſi.

TRactatus hic principaliter in tria puncta diſtribuitur; In priori namque tres aſſertiones cum earum declarationibus, atq; probationibus vnico præmiſſo præludio, adducuntur. In ſecundo ali-

2

qua corollaria ex prædictis aſſertionibus collecta, adiuncta illorum multiplici probatione, proponuntur. In tertio obiectiones contra determinata in prædictis aſſertionibus, & corollarijs, reſoluuntur. Denique ad exactam ante dictorum dilucidationem additur neceſſaria quędam animaduerſio tres continens partes.

SVM-

SVMMA PRAELVDII.

1 *Adducitur diffinitio, ſeu deſcriptio ſolemnis canonizationis Sanctorum, quatenus, eſt actus diſtinctus ab illorum beatificatione tantùm.*

2 *Pariter quoq; refertur deſcriptio beatificationis tantùm, aſſignando diſcrimina inter Canonizationem, & beatificationem reperta.*

3 *Proponitur, atq; reſoluitur, obiectio contra prædicta.*

4 *Adducuntur nonnulla de antiquitate canonizationis Sanctorum, ac de tempore, quo Eccleſia Catholica Romana incæpit, vti forma ſolemnis canonizationis, quam in dies poſtea auxit.*

PRAELVDIVM.

CVm in aſſertionibus, & Corollarijs paulò poſt adducendis ſit frequens ſermo de iuſtorum canonizatione, & beatificatione, vt certior, & facilior ſit cunctis, atq; exactior dicendorum intelligentia, primò diſtinguam, deinde diffiniam, quid ſit canonizatio, & beatificatio.

Quamuis enim nomen hoc, Canonizatio dicatur, ſeu prędicetur, vt animaduertunt quã plures Theologi, & Canoniſtæ, de ſolemni, atq; publica iuſtorum adſcriptione in Sanctorum Catalogo: ac etiã

de eorumdẽ priuata ſimplicique beatificatione, non tamen propter hoc cenſeri debet vnicus, & ſolus actus ille beatificationis tantùm, & alter ſolemnis Canonizationis; Regulariter quidem actus beatificationis præcedit actum ſolemnis Canonizationis, & per conſequens dicũtur, & verè ſunt actus, ex ſui natura diuerſi, atq; inter ſe diſtincti, licèt ille beatificationis actus, ordinetur regulariter ad actum ſolemnis Canonizationis, hoc namque ex immediatè adducendis euiddentius patebit. Ideò beatificatio non ſimpliciter, & indefinitè appellatur Canonizatio, ſed cum addito, videlicet Canonizatio particularis.

DE DIFFINITIONE SOLEMNIS Canonizationis iuſtorum.

1 PRæter illa copiosè à me tradita in elucidario Theologico de certa Sanctorum Canonizatorum gloria, præſertim in animaduerſione, præcedente primum caput eiuſdem elucidarij, ac etiam ad exordium capitis ſecundi, magis diſtinctè, & dilucidè immediatè ſequentia id omne explicabunt. Communiter enim, atque vniformiter deſcribentes Theologi, & Canoniſtæ, quid, ſeù qualis ſit ſolemnis Sãctorum Canonizatio, affirmant, Canonizationem eſſe per quam Sanctus aliquis virtutibus heroicis, atque miraculis in vita, & poſt mortem iam clarus, in Sanctorum Catalogo publicè, ac ſo-

ſolemniter à Summo Pō-tifice Romano, præmiſsis præmittendis, Canonicè redigitur, ſtatuendo, ſimul que decernendo, eidem ſancto vniuerſaliter, & in tota Eccleſia publicos cultus, honores vnà cum veneratione, & imitatione, quæ ſanctis ritè Canonizatis ſuæ conditionis, vel ordinis exhiberi debent, præſertim verò, vt annuatim, certa die officium ſolemne cum feſto in illius honorem à cunctis fidelibus celebretur.

Quæ omnia, in honorem Dei Optimi Maximi redundant, vt optimè inter alios animaduertit S. Hyeronimus contra Vigilantium, quod etiam cō firmatur ex verbis textus *Clem. ſi Dominum in ſanctis eius laudare iubetur tit. de reliq. & venerat. Sanct.* & pariter ex verbis *tex. cap. glorioſus Deus in ſanctis ſuis eodem tit. in 6.* Ideo canebat Dauid in pſalmis. *Laudate Dominum in ſanctis eius, mirabilis Deus in sanctis ſuis, & faciens prodigia.*

Quæ paulò ante dicta ſunt de diffinitione ſolemnis Canonizationis, præter quam quod colligūtur ex Bullis Canonizationis diuerſorum Sanctorum ritu ſolemni iam Canonizatorum, eadem nihilominus tradunt inter alios Sanctus Antoninus 3. par. ſuę ſummæ Theologiæ tit. 21. c. 5 §. de canonizatione Sanctorum fienda. Card. Bellarm. tom. 2. controu. lib. 1 de beatific. & Canonizat. cap. 7. ad exordium. Card. Tuſc. pract. concluſ. lit. C. verbo canonizatio, nu. 2. vbi ad idem etiam citat Abbatem, Zabarellam, & alios inſignes iuriſtas. Et Innocentius c. 1. de reliq. & venerat. ſanctor. prædictam diffinitionem refert

ſaltem, quo ad ſubſtātiam, & Io. Andr. ibidem Hoſtienſ. in ſumma tit. de reliquijs, & venerat. ſanctor. Sylueſt. in ſum. verbo canonizatio ad exordium, Tabiena, & alij ſummiſtæ ferè omnes eod. verbo. Io. Viguer. in inſtit. Theolog. cap. 10. de virtute fidei. §. 3. nu. 14. Maluet. de canonization. ſanctorum dub. 1. num. 23. Dominicus Bañes, & alij commentatores Diui Thomæ ad 2. 2. quæſt. 1. art. 10. Iacobus Caſtellanus tract. de Sanct. Canonizat. q. 1. art. 1. Molfeſius conſ. 46. nu. 7. Ludouicus Carbo in ſumma ſummarum tom. 3. lib. 1. cap. 17.

Ideò Ioannes Frāciſcus de Pauinis in relatione canonizationis S. Bonauenturæ ad exordium, inquit, canonizare Sanctos, & per Pontificem Romanum canonicè, & regulariter publicè, & ſolemniter declarare, definire, pronūciare, atq; ſtatuere, quod aliquis iam depoſito carnis onere, ab omnibus honoretur, vt ſanctus, pro eo tanquam de ſancto certa die fiat vbique ſolemne officium, ſicuti fit ab Eccleſijs pro alijs ſanctis, qui ſūt eiuſdem ordinis, vt puta confeſſores, ſeù Martyres, aut inferioris gradus.

DESCRIPTIO BEATIFICATIONIS IVSTORVM.

2 EXplicātes Theologi, & Canoniſtę quę, & qualis ſit iuſtorum beatificatio, vt diſtincta à canonizatione, quæ & ipſa ſeruatis ſeruandis, fit per ſolam ſedem Apoſtolicam, dicunt, & rectè, ipsā eſſe conceſſionem, ſeù indulgētiam, quādā per ſū-

mum

mum Pontificem benignè elargitam, qua decernuntur honores, & aliqui cultus in particulari viro iuſto exhibēdi titulo Beati eadem beatificatione condecorato, non tamen vniuerſaliter in tota Eccleſia, ſed in tali loco determinato pro tali videlicet tempore tantùm, atque perſonis præcisè in eadem cōceſſionis forma ſpecificatis.

Ita tradit inter alios Dominicus Bañes, & Aloyſius Turrianus ad 2. 2. D. Thom. quæſt. 1. art. 10. diſp. 17. dubit. 3. Franciſcus Pennia olim Rotæ Romanæ Decanus in quæſtione ab eo edita de cultu, & venerat. Sanctor..

Huius deſcriptionis veritas copiosè nimis liquet ex forma, ſeu tenore decretorum, vel breuium Summorum Pontificum editorum in conſimilibus beatificationibus, quorũ hic ad maiorem facti claritatem, ponitur vnum, vel alterum exemplar.

DECRETVM SACRAE CONGRGATIONIS Rituum de ſolemni Beatificatione B. Caietani Thienæi Clericorum Regularium Fundatoris.

Theatina. Die Sabbati 22. Septembris 1629.

FActa per Sacrę Rotæ Auditores relatione Sanctiſsimo de Proceſsibus auctoritate Apoſtolica fabricatis ſuper ſāctitate ſerui Dei CAIETANI THIENAEI nobilis Patritij Vicētini Patrum Theatinorum Fundatoris, ijsq; in Sacra Rituum

tuum Congregatione, de mandato Sanctitatis ſuæ per plures ſeſsiones, citato etiam ad hoc, & audito Promotore Fidei, ad relationẽ Illuſtriſsimi Cardinalis Antonij Barberini acerrimè diſcuſsis, cognito primum ſuper validitate dd. proceſſuum, deinde ſuper virtutibus heroicis, & demum ſuper miraculis in vita, & poſt mortẽ interceſsione dicti ſerui Dei ab Altiſsimo patratis, Eadem Sacra Rituum Congregatio vnanimi Illuſtriſsimorum Patrum conſenſu cẽſuit tutò poſſe, quandocumque Sanctiſsimo placuerit deueniri ad ſolemnem Canonizationem dicti ſerui Dei CAIETANI THIENAEI, & interim poſſe concedi, vt ipſe Dei Seruus in poſterum Beatus nuncupetur, & ab omnibus Clericis Regularibus vbique exiſtentibus Officium de Communi Confeſſoris non Pontificis in die eius obitus recitari, & Miſſa celebrari, iuxta Breuiarij, ac Miſſalis Romani rubricas, etiam per Sacerdotes Regulares, & Seculares ad eorum Eccleſias confluentes; in Ciuitate verò Vicentiæ vbi natus, ac in Ciuitate Neapolis, vbi ſacrũ eius Corpus requieſcit, in omnibus Eccleſijs, tàm Regulariũ; quàm Secularium Miſſa, & Officium, vt ſupra reſpectiuè celebrari, & recitari valeat: Ac pro præsẽti anno dumtaxat prædicti Patres Theatini ſolemnem Beatificationem cũ Officio, & Miſſa in die, eis beneuiſa hic Romæ in Eccleſia S. Andreæ de Valle necnon alij ad illam confluẽtes celebrare poſsint, & valant.

Quam Sacræ Rituum Con-

Congregationis ſentētiam S.D.N. ad ſe relatã approbauit. Io.Baptiſta Cardinalis Det. Locus † ſigilli. F.Fuluius Benignus Secr. Romæ, ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. 1629.

1 EX verbis huius Decreti liquidò cõſtat veritas deſcriptionis beatificationis famulorum Dei, quam paulò ante retuli, quo decreto, ex benignitate Apoſtolica cõceditur, præmiſſis conſuetis diligētijs, eidem famulo Dei Caietano nomen, ſeu titulus Beati; deinde, vt poſsit celebrari Feſtũ, & Officiũ in honorē ipſius cũ reſtrictione tamen loci, ac temporis, ac etiam perſonarum, vt liquidò patet ex verbis eiuſdem decreti.

Idem quoque demonſtratur, atque confirmatur ex tenore facultatis, quam conceſsit pro Ordine Sancti Dominici Clemēs Papa Octauus, qui elargitus eſt licentiam celebrandi Feſtum cum Officio Beatæ Agnetis Virginis de Montepolitiano Monialis Ordinis Sancti Dominici: in quibuſcunque Eccleſiis tàm virorum, quàm mulierum eiuſdē Ordinis in qualibet parte Orbis die 20. Aprilis: vt latius patet ex tenore Breuis Apoſtolici Romæ expediti apud Sãctum Petrum ſub anulo Piſcatoris die 23. Februarij 1601. Pontificatus ſui Anno Decimo.

DIFFERENTIAE, AC DISCRIMINA inter Canonizationem, & Beatificationem famulorum Dei.

PRimum diſcrimen, quod aſsignari ſolet inter Canonizationem, & Beatificationem. Iuſtotum illud eſt, collectum ex earum diffinitionibus paulò ante relatis, quod videlicet Sancto canonizato debentur honores, & cultus Sanctorum cum Chriſto regnantium, vniuerſaliter in tota Eccleſia Catholica. Beatificato verò decernũtur quidam cultus, & honores in aliqua religione, Regno, vel Prouincia, ſeù Ciuitate tantùm, vel loco, exhibendi non ab omnibus indifferenter, ſed ab aliquibus determinatè, ac in eadem conceſsione beatificationis ſpecificatis, vt latè patet in exemplaribus immediatè ad extenſum relatis.

Secundum eſt: quod beatificatio, non dicitur, neque in rei veritate eſt vltimum Eccleſiæ iudiciũ de gloria, & ſanctitate famuli Dei beatificati. Canonizatio verò dicitur, & verè eſt vltimũ, & ſupremum iudicium de gloria, & ſanctitate Viri Dei ſoléniter canonizati. Hinc eſt, quod maiora requiruntur ad actum canonizationis, quàm ad illũ ſimplicis beatificationis, vt paulò poſt fusè declarabitur.

Tertium diſcrimen: Beatificatio fit quaſi priuatiuè modo immediatè explicando. Canonizatio verò celebratur publicè

magna cum pompa, & ſolemnitate; nam mos, & conſuetudo viget, vt Summus Pontifex Romanus Chriſti Domini Vicarius, & Diui Petri Apoſtolorũ principis legitimus ſucceſſor, habita relatione ab Illuſtriſs. & Reuerẽdiſs. DD. Cardinalibus Sacræ Congregationis Rituum, iàm ſeruata fuiſſe cuncta, quæ de more ſeruãtur in beatificatione Famulorum Dei, prę ſertim verò, quod ex proceſſu, ſeu proceſsibus authoritate Apoſtolica cõpilatis legitimè, ſufficienter, ac euidenter cõſtat de vitæ ſanctitate, & pluribus miraculis, maximè poſt mortem patratis, meritis, & interceſsione beatificandi, quorum diligens examen ſemel, atque iterum per Reuerendiſsimos DD.PP. Sacræ Rotæ Romanæ Auditores, ac per eoſdẽ Sacræ Rituum Congregationis DD. Cardinales diligenter expletur, de illorum voto, & conſilio, declarat, non tamen cum ſolemnitate, nec palàm hunc, vel illum famulum Dei eſſe beatũ, eiq; deferri poſſe aliquos cultus, & honores ſpecialiter ab eodem Pontifice in eadem conceſsione expreſſos.

Quando verò agitur de ſolemni Iuſtorum canonizatione, præter quas recenſuimus diligẽtias, fiunt quoque & aliæ, vel eędem repetũtur, ac de omnium Cardinalium conſilio, ac etiã Epiſcoporum in Vrbe exiſtentium, toto ſpectante populo, præſertim Clero tàm ſęculari, quàm regulari diffinitiuè declarat Summus Pontifex per ſententiam, ſeu decretum ex Cathedra editũ, hunc, vel illum eſſe ſanctum, & cum Chriſto, & Angelis

gloria frui ſempiterna, eique fore exhibendos ab omnibus Chriſti fidelibus ſanctis debitos honores vnà cum alijs, de quibus paulò ante ſatis abundè & copiosè diſſerimus. Ita tradunt inter alios quamplures. Turrianus vbi ſupra ad 2.2. D. Thomæ q. 1.art.10.diſp.16.dub.2.& 3. Caſtellan. de ſanctor. canonizat. quæſt.3. art. 1. Panuin. in relat. canoniz. S. Bonauenturæ ad exordium, Card. Tuſcus in repert. verbo canonizatio num. 9.& alij.

Quartum diſcrimen: Canonizatio, de qua ſupra immediatè, dicitur etiam beatificatio; Sancti etenim canonizati appellãtur ſimpliciter, & abſolutè beati; non tamen beatificati, ſeù qui beati tantùm declarãtur, dicendi ſunt abſolutè ac ſimpliciter canonizati, vt communis, atque vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo demonſtrat.

Quintum diſcrimen. Imago beati, ſeu beatorum ex vſu, & approbata conſuetudine Eccleſiæ pingitur cum radijs ad caput; illa verò Sanctorum canonizatorum cum diademate, ſeù circulo aureo ad eorum caput, vt animaduertit inter alios Maluet. de canonizat. Sanctor. dub.1.num.19.ad calum.

Sextum: in honorem ſancti canonizati, ſeruata forma Concilij Tridentini, & aliorum decretorum, vel conſtitutionum Apoſtolicarum, erigi poſſunt altaria, capellę, atque Eccleſię vbique locorum, quod nequit fieri de ſimpliciter beatificato.

Septimum. Sancti canonizati, vt copiosè demonſtraui in meo elucidario de certitudine gloriæ Sãctorum canonizatorum,

præ-

præſertim cap. 2.poſſunt inuocari in litanijs,& alijs præcibus publicis Eccleſiæ,quod nequit fieri de tã tùm beatificato.

OBIECTIO CONTRA PRAEDICTA.

OBijciunt aliqui, aſſerentes eſſe in abſoluta poteſtate Pontificis Romani concedere etiam beatis tantùm honores, & cultus Sanctorũ canonizatorum proprios, vniuerſaliter illis exhibendos,quo caſu dicunt nullum apparere diſcrimen inter canonizationem, & beatificationem iuſtorũ.

RESPONSIO.

3 HVic obiectioni breuiter reſpondetur,aſſertum in argumento per tot, tantaque ſecula nunquam conceſſum fuiſſe alicui beatificatorum tantùm, quod obiectio ſupponit; ex quo veriſſimo principio licet inferre, in poſterum non cõcedendum ob multas, & rationabiles cauſas, ob quas vſque modò nulli beatificatorum conceſſum eſſe reperitur.

Eſtò,autem in poſterum cõcederetur, adhuc diſcrimina paulò ante aſſignata inter canonizationem, & beatificationem,in ſuo robore permanerent. Equidem prædicta conceſsio honorum,& cultuum,qui debentur ſanctis canonizatis eſſentialiter concomitatur eſſentiam,& naturam

ram canonizationis, vt optimè explicatum eſt in diffinitione ſolemnis canonizationis, iam relata, quæ diffinitio, vt omnibus manifeſtum eſt, datur per intrinſeca, ſeu eſſentialia rei diffinitæ.

Exquo certiſsimo fūdamēto neceſſariò infertur, quod ſi conceſsio, vniuerſalis cultus, propria ſanctis, canonizatis tribuatur alicui beato tantùm: dicetur, ꝙ erit illi conueniens, non ex natura rei, quemadmodum euenit de Sācto iam canonizato, qui ſtatim atque publicè declaratur canonizatus, à Summo Pontifice Romano (cuius eſt priuatiuè quoad alios ſeruatis ſeruandis famulos Dei canonizare) ex natura facti iam ſequutę canonizationis, ſibi vēdicat honores, & cultus publicos, qui vniuerſaliter conueniunt ſancto ſui generis, vel ordinis; quod ſanè non haberet locum in caſu beatificationis, vel beati tantùm, de quo in obiectione; tunc enim, & eo caſu honores ſanctorū cōpeterēt beato, nō ex natura beatificationis præcisè, ſed potius aliunde, videlicet ex ſpeciali indulto, ſeù conceſſione, vel gratia non ordinaria Summi Pontificis Romani, & huiuſmodi conceſſio ſi aliquādo fiat, non erit vltimum teſtimonium ſanctitatis, & gloriæ beatificati, aliàs non eſſet dicenda beatificatio tantùm, ſed potius vera, & realis canonizatio nomine beatificationis expreſſa, vt latè patet ex dictis in antecedenti præludio.

DE ANTIQVISSIMA SANCTORVM CANONIzatione ſecunda pars præludij.

COmplectens quamplura pertinentia, ad antiquitatem canonizationis Sanctorum, quorum intelligentia multum confert, ad maiorem dilucidationem dictorũ, & inferius dicendorum.

4 Præter illa copioſè adducta, in noſtro elucidario de certitudine gloriæ Sanctorum canonizatorũ cap. 1. & latius ante indicem Sanctorum ſolemniter canonizatorum circa antiquitatem canonizationis iuſtorũ, illud ſe offert examinãdũ, quod animaduertit Iacobus Caſtellanus in ſuo tract. de ſanctor. canonizat. quęſt. 4. art. 1. nu. 26. ibi enim poſt quam dixit, non eſſe certum inter Doctores, de tẽpore præciſo, quando verè inceperit Eccleſia vti forma, quam modò ſeruat in ſolemni Sanctorum canonizatione, ſtatuit ſequentes concluſiones tanquã veras, & ab omnibus communiter receptas, videlicet.

1 Cõcluſio. Ante tempora Alexandri Papæ III. vigebat mos, & conſuetudo in Eccleſia ſolemni, publicoque ritù ſanctos adſcribere catalogo Sanctorum canonizatorum.

2 Cõcluſio. Poſt tempora verò Alexandri III. (quemadmodum etiam teſtatur Ioannes Azorius par. 2. inſtit. moral. lib. 5. cap. 2. verſ. ſecundò quæritur) forma ſolemnis canonizationis in dies ſemper ſuſcepit incrementũ, pręſertim quoad maiorẽ ſo-

ſolemnitatem circa ceri-monias, quæ in huiuſmodi canonizationis actione obſeruari ſolent.

3 Concluſio. Proſequens Caſtellanus vbi ſupra nu. 26.& 27.tractatum de antiquitate ſolemnis canonizationis, ex authoritate præſertim Innocentij II. fundata, in illis verbis Eccleſiaſtici c. 44. *Laudemus viros glorioſos parentes noſtros*, concludit, canonizationẽ iuſtorum, originem habuiſſe in antiqua lege, in qua famulos Dei eminenti ſanctitate pollentes publica veneratione populi proſequebãtur, quod etiã euidentius confirmat ex alijs verbis Eccleſiaſtici loco mox citato; *Sapientiam Sanctorum narrent populi, & laudem eorum annuntiet Eccleſia*.

Adque verba, inquit gloſa ordinaria diſcrimen eſſe inter honorem, & gloriam; nam primum ſecrete: ſecundum, verò videlicet gloria, publicè exhibetur. Ideò de vnaquoque Sanctorum dicitur. *Gloria, et honore coronaſti eũ Domine*.

Et Ianſenius vbi ſupra: innixus placitis Sanctorũ Patrum ad eadem verba, inquit: Deus laudat ſanctos antiquæ legis, glorioſos, hoc eſt multam habẽtes gloriam, cum valdè ſint illuſtres, & clari omni ſeculo, quos per gratiam ſuam, inſignes mundo exhibet.

Quæ profectò, vt aſſerit Caſtellanus vbi ſupra nu. 27. argumentum efficiũt, quod canonizatio Sãctorum, quantum attinet ad ſubſtantiam, illius originẽ trahxerit à veteri lege. Ideo dicebat Card. Bellarminus tom. 1. controu. Chriſ. fid. lib. 1. de beat. & canoniz. Sanct. cap. 7. §. *His ergo præmiſſis;* In Eccle-

ſia-

ſiaſtico cap.44.inueniri ad notatam canonizationem plurimorum Sanctorũ veteris teſtamẽti,inter quos connumerantur Enoch, Noè, Abraham, Iſaac, Iacob,Moyſes, Aaron, Phinees, Ioſue, Chaleb, Samuel,Dauid,Elias,Eliſeus, & alij,addens. *In teſtamento nouo Sanctus Lucas in actis canonizauit S. Stephanum, et Iabum maiorem, nec non Petrum, Paulum, Barnabam, Silam, et alios.* Ex quibus tandem deducit corollarium.

Igitur credibile eſt eodem modo Deum velle, vt deinceps fiat. Ex verbis huius corollarij duo explicantur paulò ante inſinuata, videlicet antiquitas canonizationis iuſtorum, & illius continuatio in Eccleſia ſancti Dei vſque ad mundi finem duratura, quod eſt principale intentum præfati Card. in toto illo cap. Cum ſancti ſint exempla quædam 9 virtutũ, & norma rectæ vitę, & quaſi lucernę à Deo accenſę, vt omnibus alijs præluceant, *vt illorum intuẽtes exitum* (vt ait Apoſt. ad Hebr. cap. 13.) *conuerſationis imitemur fidem.*

Quantùm verò pertinet ad formam ſolemnis canonizationis, & ad ordinẽ procedendi circa illam: certum eſt, quod id omne, ex ordinatione, & inſtitutione Eccleſiæ Catholicæ fuerit inductum, quę ordinatio originem traxit ab Apoſtolis, vt multis argumentis demonſtraui in meo elucidario vbi ſupra, quæ forma,& ordinatio in dies ſemper aucta eſt, & maiori pompa, atque ſolemnitate Deo inſpirante, celebrata, qui cum ſit ſolus ſanctus, ſolus etiam ſanctos efficit; donando illis gratiam in hac vita,& gloriam poſt mortem. Eccleſia .n.cum iuſtum quem-

piam Sanctorum numero adſcribit, ſanctitatem, vel gloriam cęleſtem ei minimè tribuit: ſed ei à Deo collatam ſupponens, certum teſtimonium perhibet fidelibus, per eiuſmodi canonizationis actum viros canonizatos, ſanctitate, dum inter viuos agerent, polluiſſe, ac poſt, mortem inter cœlites eſſe à Deo opt. max. translatos, atque connumeratos, vt euidenter ex bullis deſuper Sanctorum canonizationibus à Summis Pōtificibus cōfectis conijcere, quiſque valebit.

Quamuis enim, vt paulò ante dixeram, non appareat euidenter, de omnimoda concordia circa tempus determinatum, quando Eccleſia incæperit vti forma publicæ, ac ſolemnis canonizationis iuſtorum, quam etiam modo obſeruat; omiſſa tamen, illorum ſententia; qui aſſerunt primam ſolemnem canonizationem famulorum Dei fuiſſe, celebratam ab Innocentio II. anno 1132. quando in publica Synodo Piſana in Sanctorum confeſſorum Pontificum numerum retulit Sanctum Hugonem Gratianopolitanum Epiſcupum Carthuſianum ob ſingularem, illius ſanctitatem, & miraculorum patrationem ritè probatā, cuius dies natalis celebratur die prima Aprilis, vt latè patet ex diplomate, eiuſdem canonizationis Piſis expedito eodem anno decimo kalēdas Maij, vt refert Laurētius Surius die prima Aprilis, & Cardinalis Baronius ad annum Domini 1132.

Veriorem exiſtimo: eſſe illam quametiam alibi retuli, ſcilicet in meo elucidario de certitudine glo-

riæ

riæ ſanctorum locis ſupra citatis, qua aſſeritur primã ſolemnem canonizationem, fuiſſe celebratam à Stephano Papa III. anno. 770. quando canonizauit Beatum Trudpertum ſanctitate, & miraculis valdè inſignem, vt refert auctor Sanctorum Eccleſiæ Cõſtantienſis, & Andreas Molfeſius Clericus Theatinus conſ.46. nu. 15.

Cui ſententiæ non contradicunt, vt aliqui exiſtimant, quæ traduntur à Maluetio de canonizatione Sanctorum referente, ſe legiſſe in quodam per vetuſto libro, quod Nicolaus Primus (qui creatus fuit Pontifex anno 859. 24. Aprilis, & in Pontifitu vixit annis ſeptem, & mẽſibus nouem) canonizauerit Eremitam græcum nomine Apollionem, qui pro Chriſti fide martyriũ ſuſcepit, cũ ante illũ vixerit Stephanus III. creatus Pontifex anno 752. 30. Martij, qui fuit ſucceſſor immediatus Stephani II. qui tribus diebus tantùm in Pontificatu vixit: Ideò Maluetius non dicit, canonizationem celebratã à Nicolao Primo fuiſſe primam, ſed ſimpliciter narrat, quod ſolemni ritu canonizauerit prædictũ Eremitam græcum.

Prædictis non obſtat aſſertum Cardinalis Bellarminij: tom.4. controu. cõtrouerſ. 7. generali lib. 1. cap.8. verſ. dicet, dum affirmat ſe legiſſe primam ſolemnem canonizationẽ fuiſſe celebratam à Leone III. creato Põtifice Romano anno 795. 26. Decembris: hæc enim canonizatio recenſita à Cardinali Bellarminio, eſt eadẽ numero cum illa, de qua diſſerit Azorius inſtit. moral. part.2. lib.5. cap.2.

verſ. *ſecundo quæritur*, & Cardinalis Baronius tom. 9. Annalium ad, annum Chriſti 804. qua ſcilicet Leo III. inſtante Carolo Magno, & Hildebaldo Eccleſiæ Colonienſis Archipræſide Sanctum Suuribertum, Sanctorum catalogo ſolemni ritu adſcripſit, & ratio quare non obſtent immediatè dicta, ſententiæ probabiliori, & veriori, colligitur ex verbis ipſis eiuſdem Cardinalis Bellarminij vbi ſupra, dum ſubdit ſe dubitare an alię canonizationes antecedenter fuerint factæ, his verbis inſinuando non eſſe omninò certum priorem canonizationem fuiſſe illam Sancti Suuiberti. Imò probabile eſſe, quod aliæ canonizationes illam præceſſerint, præſertim illa beati Trudberti, de qua ſupra.

Qui ritus ſolemnis canonizationis, vt aſſerit Azorius vbi ſupra ſolemniores cerimonias recepit poſt tempora Alexandri III. quę in dies etiam magis auctæ ſunt.

SVM-

S V M M A

Prioris Puncti huius tract.

De dilatione canonizationis Sanctorum.

1 *Inter magna, excelſa, ardua, atque difficilia connumeratur cauſa, ſeu negotium, vel factum ſolemnis canonizationis Sanctorum.*

2 *Quod multipliciter probatur pręſertim vero expreſſis verbis fideliter collectis ex conſtitutionibus, ſeu bullis Summorum Pontificum, quas ediderunt occaſione canonizationis diuerſorum Sanctorum.*

3 *Factum canonizationis Sanctorum à Celeſtino Papa III. meritò appellatur, opus ſenſum, & intelligentias hominum excedens.*

4 *Non eſt celeriter procedendum ad Sanctorum ſolemnem canonizationem perficiendam, quemadmodum demonſtrant rationes, & placita multorum Pontificum, ac etiã Theologorum, & Canoniſtarum.*

5 *Explicatur qualis, & quanta ſit vis, et efficacia vſus, et cõſuetudinis Eccleſiæ quantumque illli ſit deferendum, præſertim circa Sanctorum canonizationem].*

6 *Hęc veritas cenſetur communis ſententia Theologorum, et canoniſtarum.*

7 *Ordinariè, et regulariter differenda venit in longa annorum tempora Sanctorum canonizatio, præſertim autem confeſſorum, et aliorum inferioris ordinis.*

8 *Hinc eſt, quod non obſtante multitudine, atque euidentia miraculorum, quæ Deus operatus eſt ob merita, et interceſſionem multorum Sanctorum, quamuis etiam ſufficienter extiterint probata, eorum tamẽ canonizatio in annos quamplures protracta eſt.*

9 *Aſſignatur ratio ſpecialis propter quam diſtulerunt Pontifices Romani canonizationes aliquorum ſanctorum.*

PRI-

BIBLIOTECA NAZ

PRIMA ASSERTIO.

1 INter ea, quæ magni momenti ſunt, imò excelſa, ardua, atque difficilia, meritò connumerari debet actio, ſeù factum, vel negotium ſolẽnis canonizationis iuſtorum, qui heroicis virtutibus præcellentes, patentibus etiam miraculis floruere, quos meritò aliqui Theologi, & Canoniſtæ ſenatores dei appellant, inter quos vnus eſt Petrus Antonius Lazarius pract. 99. quæſt. 2. numer. 18. quod probat pluribus argumentis in iure, & auctoritate fundatis.

PROBATIO VERITATIS PRIORIS aſſertionis.

2 IN bulla enim Leonis X. de canonizatione Sancti Franciſci de Paula Ordinis Minimorum inſtitutoris, edita anno Domini 1519. die prima Martij Pontificatus ſui anno ſeptimo §. *Quorũ quidem precibus*, in proprijs ferè terminis traditur veritas huius prioris aſſertionis, poſtquam prædictus Pontifex magno verborũ apparatu exaggerauit ſanctitatem vitæ, & miraculorum operationem, præſertim poſt mortem eiuſdẽ ſancti confeſſoris, facta quoque laudabili mentione de cumulatiſſimis precibus illi ſepius porrectis ad effectum canonizationis viri Dei Franciſci, expreſſis verbis inquit. *Non ſtatim*

ſtatim rẽ tanti ponderis, ac momẽti faciendã, ſed iuxta veterem, ac laudabilem conſuetudinem (intellige de peruetuſta Eccleſiæ conſuetudine, de qua apertè loquitur) *cunctã ter maturèque conſiderandam duximus*.

Quibus verbis euidenter quidem demonſtrat Pontifex magnitudinem, & arduitatem negotij canonizationis, quod ideò maturè, & temporis mora interpoſita diſcutiendum venit.

Eandem viritatem magis dilucidè protulit Clemens Octauus in bulla canonizationis Sãcti Raymundi Barchinonenſis ordinis fratrum Prædicatorum edita anno Domini 1601. die 29. Aprilis anno decimo ſui Pontificatus §. *cum igitur*, & §. *nos* conciſtorium; ibi enim verſ. *atque* manifeſtis verbis canonizationem Sanctorom grauiſſimum appellat negotium, & §. *cum igitur*, inquit, *Cum igitur prædicti Auditores in diſcutiendis actis in vniuerſo proceſſu diuturnam, & aſſiduam nauaſſent operam nihilque eorum, quę ad hãc rem peragendam pertinent, prætermiſiſſent, omnis rei geſtę ſeriẽ, ſuumque iudicium ſcripto nobis tradiderunt, quorum integram relationem nos eiſdem Cardinalibus Congregationis Sacrorum Rituum per eoſdem Auditores tradi iuſſimus, atque, vt pluriũ iudicio tota hæc cauſa examinaretur, alios etiam Cardinales prioribus adiunximus, quos omnes monuimus, vt acta omnia de Beati Raymundi puritate, fide, & morum integritate, ac miraculorum euidentia tanto ſtudio perpẽderent, quantũ et rei grauitas requirebat, et nos meritò expectabamus: quod cum priuatim, multiſque Congregationibus inter ſe habitis dilecto filio Pompeio Molella fiſci noſtri Procuratore ſemper citato, et partes ſuas diligenter præſtante, ſingula rerum capita, et acta omnia ſedulò examinaſſent, ac proceſſum, teſtes, inſtrumenta, et huius cauſæ momenta, vt ad nos referri oporteret*.

Quam veritatem idem

Cle-

Clemens Octauus aſſerit quamuis ſub alijs verbis in bulla canonizationis Sãcti Hiacinti eiuſdem or dinis Prædicatorum edita anno Domini 1594. quin to decimo calendas Maij Pontificatus ſui anno 3. In qua § *ſummam denique reſpõſionis*. canonizationem Sã ctorum magnam cauſam appellat.

Veritatem quoq; huius prioris aſſertionis, expreſſis verbis tradit Ioannes vigeſimus ſecundus in bul la canonizationis Sancti Thomæ Aquinatis Doctoris Eccleſię edita anno Domini 1323. die 18. Iulij anno 7. ſui Pontificatus, in qua §. *cæterùm quia*, factum canonizationis appellat arduum, difficileq; negotium; vbi aſſignans rationem ſui dicti, ſtatim ſubdit. *Difficile namque exiſtimamus, quæ in terra ſunt, et quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore, quæ autem in cælis ſunt quis inueſtigabit?*

Idem quoque habetur in bulla canonizationis Sancti Iuonis edita à Clemente VI. anno Domini 1347. die 21. Iulij anno 6. ſui Pontificatus circa exordium ibi enim poſtquam illum appellauit almum Chriſti confeſſorẽ, ob vitæ ſanctitatem, & miraculorum patrationem, loquens de diligenti examine præmiſſo circa ſanctitatem, & miracula eiuſdem ſancti confeſſoris poſt mortem à Deo per ipſius interceſſionem patrata, quem aſſerit in vita ſancta pijſque operibus exuberantem extitiſſe, denique expreſsis verbis, inquit. *Examinatione diutina, prolixa prouidentia, et matura ſicut exigit tanti negotij arduitas, præcedente, et cæt.*

Hanc eandem veritatẽ affirmat Clemens Septimus

mus in bulla canonizationis S. Antonini Archiepiſcopi Florentini ædita anno Domini 1523. die 26. Nouembris Pontificatus ſui anno primo §. *qua relatione*, dum recenſitis magnis inſtantijs Leoni Decimo, ac alijs ſuis prædeceſſoribus adhibitis ad effectum canonizationis eiuſdem Sancti Pontificis, & Confeſſoris, nec non teſtimonio 198. virorum probatorum examinatorum circa vitam, & ſanctitatẽ eiuſdẽ Pręſulis Antonini, & crebra ab eo patrata miracula præſertim ſecundi generis, tãdem ſubdit, *eam volens adhibere diligentiam, & grauitatem, quam rei magnitudo poſtulabat, proceſſus in ipſius canonizationis negotio factos, venerabili Fratri Bernardino Gabinẽ. Epiſcopo, Leonardo Tituli S. Petri ad vincula Pręsbitero, & Bernardo S. Mariæ in Porticu Cardinalibus per eos denuò diligenter examinandos, viuæ vocis oraculo commiſerat*.

Hoc idem antea tradiderat Alex. Papa III. (qui ſucceſſit Adriano in Pontificatu anno Dom. 1159. die 15. Septẽbris) in bulla canonizationis Sancti Eduardi Regis Angliæ edita anno Dom. 1161. die 7. Februarij Pontificatus ſui anno ſecundo ad finẽ cuius bullę §. *inde vtique* inter quãplura inquit, *libro miraculorũ inſpecto, quæ dum in carne mortali viueret, & poſtquã de præſenti ſæculo eſt aſſumptus Omnipotens Deus per ſuam miſericordiam declarauit; viſis etiam literis anteceſſoris noſtri piæ recordationis Innocentij Papæ, veſtris quoque teſtimonijs inde receptis, quamuis negotium tàm arduum, & ſublime non frequenter ſoleat, niſi in ſolemnibus Concilijs de more concedi, & cæt.*

Quibus verbis liquido conſtat ex aſſertione Pontificis Romani negotium canonizationis eſſe non ſolum arduum, ſed tam arduum, hoc eſt multum

arduum,& ſublimè,vt ordinariè, & regulariter, attenta conditione ſuæ arduitatis, & ſublimitatis, requirat ad ſui complementum examen, & diſcuſſionẽ ſolemnis, & generalis Concilij.

3 Quamobrem factum canonizationis à Celeſtino III. appellatur opus ſenſum, & intelligentias noſtras excedens. In bulla namq; canonizationis S. Vbaldi Epiſcopi Eugubini ędita anno Dom. 1192. die 4. Martij, Pontificatus ſui anno primo. §. *Nos verò,* expreſſis verbis priorem hāc aſſertionem vnà cum ſequentibus in proprijs terminis adducit, ac exaggerat, cum de canonizatione famulorũ Dei verba faciẽs ait. *Opus iſtud intuentes ſẽſũ, et intelligẽtias noſtras excedere, quia potius eſt diuini negotij, quàm humani, cum ipſe ſolus plenè nouerit, qui ſunt eius, ſuſpendimus deſiderium tuũ aliquandiù, vt nobis, & fratribus noſtris, quid potius agendum eſſet, Spiritu Sancti gratia reuelaret.* Quid enim certius, aut clarius in hac materia deſiderari poteſt?

Ideò Sixtus V. in bulla canonizationis Sancti Didaci Confeſſoris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia edita anno Domini 1588. die 5. Iulij, factum canonizationis Sanctorum diſertis verbis frequẽter appellat negotium permagni momenti.

Clemens IIII. in bulla canonizationis S. Eduuigis Duciſſæ Poloniæ, edita anno Domini 1267. die 26. Martij §. *Cum itaque* inquit. *Nos poſt multam deliberationem cum fratribus noſtris præhabitã, prout tanti neotij exigit magnitudo, et cæt.* Euidenter igitur probata remanet ex his prior aſſertio.

Nicolaus quoque V. facti canonizationis magni-

tudi-

tudinem, atq; difficultatem extollens, vt par eſt, in bulla canonizationis S. Bernardini Senenſis edita anno Domini 1450. die 24. Maij anno ſui pontificatus quarto, §. *fecit.* ſermonem habens de conſuetis diligentijs iàm præmiſſis à ſuis prædeceſſoribus, pręſertim ab Eugenio IIII. dicit, *Fecit, quod rei grauitas, et magnitudo poſcebat*, & §. *Nos, qui inter alia*, inquit, *ſæpiſſimè requiſiti rei grauitatem, et magnitudinem attendentes, deliberauimus maturè, et grauiſſimè procedendum.* Quod etiam repetit duobus immediatè ſequentibus paragraphis, aſſerens ſe non fuiſſe contentum priori informatione, & ſi capta ex mandato ſuorum prædeceſſorum ad effectũ canonizationis, neq; ex illa priori, quam ipſemet 4 commiſerat, ſed tertio deſtinauit alios venerabiles Epiſcopos pro capiendis nouis informationibus de ſanctitate, & miraculis eiuſdem Sancti Confeſſoris Senenſis, de quo expreſſis verbis affirmat ipſe Nicolaus conſtare ex proceſſibus, quod ſeptem annis ante mortẽ eximijs miraculis illuſtratus fuerat à Deo, ac etiã poſt mortẽ. Quę omnia cũctis abũdè pandũt magnitudinẽ, atq; arduitatem negotij canonizationis Sanctorum.

Paulus etiam V. in bulla canonizationis S. Caroli Borromæi edita anno Domini 1610. die 1. Nouembris, Pontificatus ſui anno ſexto, §. *quapropter*, inter quã plura inquit. *Nos de tanti momenti negotio, vt par erat deliberaturos*, & vbi loquitur de Sãctorum canonizatione in communi.

Maſcardus quoq; de probat. concl. 262. nu. 1. & ſeqq. Sanctorũ canoni-

zat. perſpicuis verbis appellat materiã difficilẽ,& arduæ probationis, quod omnes Canoniſtæ licet ſub alijs verbis, & ipſi pariter affirmant.

Antonius de Butrio cap. venerabili de teſtib. nu. 2. materiam canonizationis Sãctorum arduã appellat. Et Troilus Maluetius de canonizat. Sanct. capit. 1. num. 6. poſt citatam glosſã in verbo ſedis cap. Maiores de baptiſ. aſſerit, canonizationem eſſe vnam de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos populos proponatur, ad cuius veritatem cumulat multas rationes,& argumẽta. Idẽ tradit Cardinalis Thuſcus Pract. concluſ. iur. lit. C. concluſ. 41. num. 14.

DE EFFICACIA VSVS, ET CONSVETVDINIS ECCLESIAE.

5 QVia ſuperius freq̃uẽter incidit de vſu,atq;conſuetudine Eccleſiæ ſermo, & in ſequentibus iterum de eodem redibit neceſſarium duxi aliqua diſtinctè quidem, ſed ſub breuitate adducere de magna efficacia argumenti, quod in rei veritate deſumitur ex antiquo vſu, & conſuetidine Eccleſiæ, & in primo limine exponenda ſunt diligenter verba Sancti Thomæ 2. 2. quæſtio. 10. art. 12. dicentis, *Maximam habet conſuetudo Eccleſię auctoritatem, ita vt ſemper in omnibus æmulanda ſit, quia et ipſa doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia auctoritatem habet, magiſq; ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ, quã auctoritati Auguſtini, Hyeronimi, vel cuiuſcunque Doctoris.*

De qua conſuetudinis excellentia verba faciens S. Auguſtinus epiſt. 118. 119. 120. conſuetudinem

Eccle-

Eccleſiæ pro certa lege eſſe habendam affirmabat.

Conſuetudo namq; Eccleſiæ, vt omnes Catholici aſſerunt, ortum habet à Chriſto immediatè, vel ab Apoſtolis Spiritu Sancto inſpirante. Hinc eſt, quod Hieronymus, Tertullianus, Ireneus, & Auguſtinus, vt hæreticos ſuorum temporum facilius conuincerent, atq; profligarent, veterem Eccleſiæ morem obijciebant. Quapropter Ioannes Driedo tom. 1. de Eccleſiaſticis Scripturis, & dogmatibus varijs lib. 4. par. 3. cap. 5. multis rationibus, atq; argumẽtis ex multiplici teſtimonio ſacræ Scripturæ præſertim collectis, demonſtrat veteres Eccleſiæ mores, ritus, & conſuetudines acceptas eſſe partim ex Scriptura, partim ex Apoſtolorum, & antiquiſſimorum Patrum traditione.

Hęc pauca volui hic inſinuaſſe, vt cunctis pateat quanti momenti, & efficaciæ exiſtat apud fideles, ac etiam infideles argumentum, ſeu argumenta fideliter deſumpta ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine.

ASSERTIO SECVNDA.

PEr modum illationis, ſeu conſequentiæ, ex veritate copioſè iàm demonſtrata euidenter quidem in priori aſſertione colligitur.

Quod non ſit, cum feſtinatione, vel celeriter, ſed potius longa temporũ mora interpoſita, eſt procedendum ad publicam, ſolemnemq; Sanctorum canonizationem.

PRO-

PROBATIO SECVNDAE ASSERTIONIS.

VEritatem explicatam, in hac ſecunda aſſertione, ſufficienter, ne dicam ſuperabundanter demonſtrat præſertim vſus, atq; conſuetudo antiqua Eccleſiæ in huiuſmodi canonizatione ſemper ſeruata, quæ nullum Sanctorum, præſertim confeſſorum regulariter in Sanctorum Catalogum celeriter redegit; ſed præcedente magna temporum mora, hoc eſt pluriũ annorum, quẽadmodum dilucidè conſtat ex iam adductis fideliterquè collectis ex bullis, ſeu conſtitutionibus, quas Summi Pontifices Romani edidere intuitu, & occaſione multiplicis iam celebratæ canonizationis diuerſorum Sanctorum, quorum Pontificum auctoritates aliquas retuli ad primam aſſertionem, & ſtatim etiam alias referam.

Hoc namque inter alios tradit Pius II. in bulla canonizationis S. Catharinę Senenſis §. *Maturam verò*, vbi poſtquam recenſuit, quod rigorosè conſtabat per authenticos proceſſus auctoritate apoſtolica editos de ſanctitate vitæ magnis, & crebris miraculis eiuſdem famulæ Dei, præſertim poſt mortem, à Deo in teſtimonium ſãctitatis eiuſdem Virginis patratis, enarratis quoquè cumulatiſſimis præcibus magnorum, ac diuerſorũ Principum, ac etiam Ciuitatis Senenſis ſæpè inſtanter repetitis apud Sãctam Sedem Apoſtolicã, vt Sanctorum canonizatorum

torum, honores eidem Virgini decerneret; tandem, inquit. *Haud quaquã statim annuimus, ſed pro veteri cõſuetudine,* (hoc eſt Catholicæ Eccleſiæ) *tribus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus commiſimus, vt de reliquis ad canonizationẽ neceſſarijs diligenter inquirant.*

Quid ſimile habetur in bullis canonizationis Sanctorum Cõfeſſorum Hyacinthi, & Raymundi, quos Catalogo Sanctorum adſcripſit Clemens VIII. de quibus bullis paulò ante dictum eſt ad primam aſſertionem.

Eandem veritatem inſinuauit Innocentius Papa III. in bulla canonizationis Sancti Cõfeſſoris Homoboni Cremonẽſis, edita anno Domini 1198. die 22. Decembris, Pontifica-
6 tus ſui anno primo. §. *Cum igitur.* Dum, recẽſitis iam diligentijs ſæpè adhibitis de morum præſtantia, ſignorumque eiuſdem Sancti Confeſſoris virtute inquit. *De Fratrum noſtrorum conſilio, poſt multam deliberationem habitam, etc. ipſum Sanctorum Catalogo conſcribendum duximus.*

Honorius quoque Papa III. in bulla canonizationis Sancti Laurentij Archiepiſcopi Dublinenſis Regis, ac Reginæ Hiberniæ filij, ædita anno Domini 1225. die 11. Decẽbris anno decimo ſui Põtificatus §. *licet*, aſſerit eſſe ſecundum cõſuetudinem Apoſtolicæ Sedis in cauſa canonizationis, *digna maturitate procedere, et* §. *de ipſius igitur*, inter quamplura ait. *De ipſius ſanctitate tantis certificatis miraculis, diuinumque ſecuti iudicium, per quod eius glorificatio nobis tàm euidentibus innotuit argumentis, eundẽ Beatum virum Catalogo Sanctorum adſcripſimus.*

Sixtus Papa V. in bulla canonizationis Sancti Didaci

daci

daci Confeſſoris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Fhanciſci de Obſeruantia, ędita anno Domini 1588. die 5. Iulij anno quarto ſui Potificatus, §. *et nos quidem* de Sanctorum canonizatione verba faciẽs, inquit. *In re tàm graui nulla præpropera feſtinatione vtendum, ſed omnia ex Eccleſiaſtica diſciplina, & maiorum noſtrorum ſalu. berrimis inſtitutis ex Apoſtolicæ Sedis circumſpectione diligentiſſimè agenda ſunt.*

Ex recenſitis verbis tria palàm colliguntur, primò grauitas videlicet rei, ſeù negotij canonizationis Sãctorum. Secundo, quod non ſit celeriter, aut feſtinanter procedendum in re tàm graui. Tertio, quod protractio in annos canonizationis Sanctorum habeatur ex eccleſiaſtica diſciplina, & antiqua Eccleſiæ conſuetudine, quibus optimè non ſolum ſtabilitur veritas, huius ſecundæ aſſertionis, verùm etiã euidenter demonſtratur, ita vt à nemine integræ mentis negari poſſit.

Veritatem quoque huius ſecundę aſſertionis tradit inter alios *Auguſtinus de Ancona de eccleſiaſt. poteſtate q. 16. art. 2. in corpore,* quam veritatem dicit ſe collegiſſe ex doctrina Euangeliorum, & Sancti Auguſtini, quem ſequutus eſt inter alios Iacobus Simoneta Auditor Rotæ, deindè Cardinalis in relatione S. Franciſci de Paula, *tit. rationes, quibus fieri debet canonizatio Sancti Franciſci §. vltra hæc;* vbi loquendo de mora interponenda circa negotium canonizationis Sanctorum, inquit; *Mora quippè prudenter interponitur, cum multi inter homines in veſtimentis ouium appareant, qui nihilominus intrinſecus ſunt lupi rapaces,* tandem concludit ꝑ *tempus conſueuit omnia mortalibus pateſacere*. Quam ſenten-

ten-

tentiam in proprijs terminis ſcripſit Maluet. in ſuo tractatu in feſtiuo de Sanctorũ canonizatione dubio 4. & vlt. num. 2.& 3. vbi inter quamplura, verba faciens in particulari de fugienda celeritate in magno negotio canonizationis, (quod dub. 2. nu. 6. meritò appellat vnam *de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poſſit. Secundum gloſ. in d. verbo ſedis in principio.* expreſsè ait. *Non conſueuit Pontifex* (intellige Papam, ad quem ſpectat priuatiuè, quoad alios, Sãctos canonizatione, vt demõſtrat multis, & validiſſimis rationibus idem Auctor vbi ſupra dub. 2. nu. 5. & ſeqq.) *ſtatim moueri.* fundatque ſuam ſententiam ſuper illud. *Nemini de facili eſt credendum, l. ſicut, & ibi Bald. C. de fid. inſtrument. & gloſ. in cap. cupientes poſt principium, de electione in 6.* cum alijs multis ibidem ab eodem Maluet. allegatis, inter quę illud ponderatione dignum videtur, quod adducit ad calcem n. 1. c. 3. dub. 4. vbi poſt recenſitam auctoritatem Ouidij lib. epiſtõ. epiſtola 16. dicẽtis. *Credulitas damno ſemper ſolet eſſe puellis.* Adducit ſententiam ferè comunẽ Sapientũ aſſerentiũ, quod *Repentina credulitas mater eſt erroris, & nouerca cõſilij.* ideo *gloſ. in c. ſi quis præpoſtera. 50. diſt. ait, quod non eſt statim credendum etiam bono viro*, ex quibus colligit per modũ concluſionis idem Auctor Maluet. vbi ſupra eodem num. 3. continuando ſermonem de celeritate abijcienda in negotio canonizationis, ad finem tãdem dicit. *Quod etiam ſi eſſent personæ honestæ, & authẽticę debent nõ semel, sed pluries, & instanter denuntiari.* Beneficio itaq; diuturnitatis temporis in negotio canonizationis vtẽdum eſt. Quam doctrinam, ſeu sẽtentiam dicit Simoneta

ibidem, eſſe communem inter Doctores, videlicet Theologos,& Canoniſtas, dum ait. *Requirunt etiam Sacri Doctores, quod canonizatio ipſa nequaquam feſtinetur, ſed quod in menſes, aut etiam annos; si res fortè exiget, Summus Pontifex illam differat.*

Hinc eſt, quod Maſcardus de probationibus cóclus. 252. num. 58. affirmat, Sanctorum canonizationem diuturnis præcibus inſtanter, & ſæpius vrgendo eſſe petendam; & num. 61. poſtquam dixit, circa maiora maius periculum verſari, proſequendo ſermoné de mora interponenda in negotio canonizationis, addit, quod diuturna tarditate, & conſiderata maturitate in Sanctorum canonizatione procedendum eſt. Quod præſertim probat argumento tex. *cap. quieſcamus 40. dist. cap. miramur 61. distinct. cap. nuper 7. quæst. 2.* cumulatis alijs argumentis, collectis ex textibus, & auctoritatibus grauiorũ Doctorum. Deniq; num. 62. aſſignat rationem dilationis canonizationis Sanctorum, dum inquit. *Vt differendo,& procraſtinando creſcat frequẽs operatio miraculorum, & fama de operibus canonizandi percrebreſcat, in cordibusque fidelium opinio ſanctitatis firmetur, atq; roboretur.* Pro quo citat Auguſtinũ de Ancona de Poteſt. Eccleſ. q. 26. dub. ſeu artic. 2.

Quibus omnibus ad maiorem claritatem, atq; firmitatem veritatis contentæ, in ſecunda aſſertione, addi poſſunt, quæ traduntur à Sancto, Antonino in 3. par. ſuæ Summæ tit. 22. cap. 5. §. 5. poſt medium, vbi inter quamplura dicit, *Non debet statim aliquis Sanctus denunciatus, canonizari propter operis arduitatẽ; nam quanto opus magis est arduum, tantò cum maiori tarditate, atque maturitate explendum est.*

Quam

Quam veram doctrinã: amplectitur Caſtellanus de Sanctor.canonizat.q.8. art. 1.

Thomas quoque Vualdenſis tom.3.de ſacramẽtalib. cap.127.num.6. ait. *Neceſſarium eſt canonizationes Sanctorum continẽtius celebrari, tàm vt ficti arguãtur, quàm vt manifeſtentur iuſti, vt fides conſolidationem accipiat, & vt laudetur Deus in Sanctis ſuis.*

Ioannes Viguerius, qui floruit circa annum Domini 1545. *in Inſtitut. Theologic. tit. de virtute fidei cap.*10.§.3. *verſ. non tandem. Papa, (inquit) nec ſtatim aliquem ſibi denunciatum Sanctum canonizare debet, maximè his temporibus nouiſſimis, in quibus eſt magna raritas verorum miraculorum. Ideò canonizationis myſterium nõ eſt ſtatim peragendum, ſed in menſes, & annos differẽdum.* Quibus fauet textus *cap. miramur diſt.* 61. *Hostiens. Butrius, Abbas, & alij in c.*1. *de Reliq. et venerat. Sanctor. Auguſtinus Triunphus de poteſt. eccleſiaſt. quęſt.*16.*art.*2.*Rota in relat. Sanctę Franciſca Romanæ par.*3.*art.*7. *In relatione S. Andreę Corſini par.*3. §.2. *In illa S. Franciſci de Paula verſ. vltra hęc*, innixi illi Apoſtoli 1. *ad Timoth. cap.*5.*manus citò nemini impoſueris, quia tempus omnia ducit ad veritatem* §.1.*Auth. de reſtitut.*

TERTIA ASSERTIO.

7 EX latè iàm adductis. atq; copioſè explicatis, ac etiam ſufficienter probatis in præcedentibus aſſertionibus euidenter colligitur; Valdè vtile eſſe, ne verius dicam, neceſſarium ſimpliciter, ordinariè tamen, & regulariter loquendo, vt differatur in longa annorum tempora negotium canonizationis Sanctorũ præſertim Confeſſorum, & inferioris ordinis.

Veritas namque huius aſſertionis expreſsè habetur in pręcitátis bullis Sũmorum Pontificum, ad primam, & ſecundam aſ-

ſertionem fideliter relatis, præſertim verò in illa Nicolai V. de canonizatione Sancti Bernardini §. *fecit*, & illa Sixti V. de canonizatione Sancti Didaci, §. *Cumque*, & pariter in illa Clemẽtis VIII. de canonizatione Sáctorũ Hiacynti, & Raymundi, & in illa quoque canonizationis S. Fráciſcę Romanæ, ædita à Paulo V. in quibus clarioribus verbis aſſerunt eſſe conſuetudinem antiquam Eccleſiæ circa huiuſmodi dilationem explendam, propter rationes, & cauſas ſuperius explicatas; vbi non omittam atteſtationem in particulari, quam facit Sixtus IIII. in bulla ab ipſo ædita, & directa Capitulo Generali Fratrũ Minorum Sancti Franciſci, de canonizatione Sancti Bonauenturæ, cuius exordium eſt. '*Diuina diſpoſitione*, data ſub die 12. Aprilis 1482. Pontificatus ſui anno vndecimo, §. *qui pluribus*; vbi Pontifex agẽs de dilatione canonizationis prędicti Sancti Doctoris, & Confeſſoris, & conſequenter de alijs; poſtquã enim dixit clarè conſtitiſſe de ſanctimonia vitæ, & dilucidè de pluribus, maximiſque miraculis illius, paucis quibuſdã interpoſitis inquit. *Pluribus iam annis cauſã huiuſmodi canonizationis ſummo ſtudio proſequuti ſunt, et cęt.*

8 Inſuper referam quæ ad idem adducit Pius II. in bulla canonizationis Sancti Vincentij Ferrerij Ordinis Prædicatorum data Kalendis Octobris 1458. Põtificatus ſui anno quinto; §. *tanta in ipſo*, vbi ponderandum eſt, quod & ſi ex tribus proceſſibus diuerſis temporibus auctoritate apoſtolica magna cum diligentia formatis plenè ne dicam ſuperabundanter conſtaret de ſan-

ſanctitate vitæ, de virtutibus heroicis , ac eximijs miraculis dicti Confeſſoris, quæ aſcendebant vſq; ad numerum 860.prçſertim verò de triginta mortuorum reſuſcitatione , quos Deus omnipotens meritis, & interceſſione Sãcti Vincentij, ad vitam reuocauit; Nihilominus, vt aſſerit prædictus Pius. *Et ſi quamplures Principes Eccleſiaſtici, atque ſæculares, vnà cũ Religione Dominicana, multarumque Ciuitatum Vniuerſitatibus pro Sancti confeſſoris canonizatione inſtarent apud Pontifices Romanos Martinum V. Eugenium IV. Nicolaum V. & alios*, longo tamen annorũ ſpatio protracta fuit, & in eadem bulla ſermonem habens idem Pius de mora in canonizatione dicti Sancti Vincentij ſeruata, non obſtantibus cõtinuis precibus,quibus eadem canonizatio inſtanter petebatur, præſertim ob multiplicitatem miraculorum, de quorum multitudine verba faciens idem Pontifex. §. *quod octauo,miracula verò,*inquit, *quæ Deus per eundem Sanctum*,ſcilicet Vincentium *fecerat*, *propter eorum multitudlnem,ne modum literarum egrederentur, duxit ſilentio prætereunda*, Videlicet Caliſtus III. prædeceſſor eius, qui Sanctũ Vincentium canonizauit, morte tamen præuentus literas canonizationis minimè expediuit. Et in §. *itaque* ait,*ſedem prędictã*,hoc eſt Sãctam, Apoſtolicã,& Romanã Sedẽ, *iteratis vicibus,interpellatisque temporibus adiere, tenente locũ eiuſdẽ Clauigeri fel.recor.Martino V. ac poſtmodũ Eugenio IV.& deinde Nicolao V.Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris*.

OBIECTIO.

Siquis verò obijciat morã interpoſitam in negotio canonizationis S. Vincentij Ferrerij Valẽtini fuiſſe 39. annorum, quodſpatiũ temporis non videtur multũ releuans.

Huic

RESPONSIO.

9 HVic obiectioni Reſpondetur, ꝙ mora prædicta ſeruata in canonizatione huius Sancti Confeſſoris appellari poteſt, ac debet releuans, & valdè prolixa, ſi præſertim conſideretur tanti viri excellentia ſanctitatis, de cuius eminentia recenſet Pius II. in eadem bulla, §. *cum verò, qui id gratia conſequutus eſt, quod Angeli naturaliter ſortiuntur*, & poſt multa inquit. *Sanctitatis inſignia, quæ in ipſo diuino viro cognouerãt*, hoc eſt fideles diuerſorum ſtatuum, & religionum, *Sedi Apoſtolicæ nunciarunt*. Adiuncta quoque innumerabili ferè patratione miraculorum in vita, & poſt mortem, de quibus paulò ante. quibus additur maxima iudęorũ conuerſio à Deo operata per prædicationẽ inſignis Confeſſoris, de qua idem Pius II. §. *tantus*, aſſerit. *tantus in eo gratiæ fulgor apparuit, tanta Spiritus Sancti abundantia in eo fuit, tot de ore prædicantis ſpecioſiſſimæ veritatis pondera procedebant, vt ingẽtis multitudinis Iudæos, in lege etiam peritiſſimos, qui Chriſtum pertinaciter veniſſe negabant, ad Fidem Catholicam conuerteret, & efficaciſſimos multos ex eius prædicatores aduentus Chriſti, Paſſionis, ac Reſurrectionis, & pro Chriſti nomine mori paratos fecit*

Et §. *per ipſum quoq;* de qualitate miraculorum, quæ Deus operatus eſt pro manifeſtatione ſãctitatis eiuſdem Confeſſoris, dicit. *Tàm per manus ipſius impoſitionem, quàm reliquiarum ſuarũ, veſtiumq; tactum, & votorum emiſſionem diuina virtus multa miracula oſtendit; ſpiritus namquè immundos eiecit, Surdis auditum, Mutis loquelam reſtituit, cœcos illuminauit, Leproſos mundauit, Mortuos ſuſcitauit, alioſquè varijs detentos languoribus, miraculoſiſſimè liberauit.*

Quibus additur, quod prædicta, maximam habebant euidentiam, vt aſſerit idem

idem Pontifex in eadem bulla §. *quorum*, dũ expreſſis verbis inquit. *Quorum omniũ tàm efficax aſſertio fuit; quod idem Nicolaus prædeceſſor noſter plenè de fama fidei, & excellentia vitæ, atq; miraculorum ipſius*, ideſt Sancti Vincentij, *informatus, & cæt.*

Nihilominus voluit Sãcta Sedes Apoſtolica, nõ obſtante euidentia, de qua ſupra ſeruare morem ſuũ, hoc eſt, in longiora tempora protrahere, negotiũ canonizationis eiuſdem S.Confeſſoris, ideò Sũmus Pontifex Pius vbi ſupra ſtatim ſubdit. *volens ad vlteriora procedere iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ morem, Venerabilibus Fratribus noſtris tunc ſuis Georgio Epiſcopo Hoſtienſi, & eidẽ Caliſto prædeceſſori, tũc in minoribus conſtituto, ac Ioanni Sancti Angeli Diacono Cardinali commiſit, quod de veritate fidei, & excellentia vitę, ac miraculorum gratia, ſe aut eorũ aliquem in Curia, extra verò per Iudices ab eis deputandos, diligenter*, iterum *informarent.*

Ex quibus liquido conſtat, quod mora triginta nouem annorum in tali caſu, ita optimè qualificato, & mirabiliter circumſtantijs ornato dicatur, & verè ſit mora ſatis diuturna; quæ nullatenus trahi poſſit in exẽplũ in canonizationibus aliorum famulorũ Dei celebrandis, eò quia ex proceſſibus, & relationibus occaſione canonizationum, quæ indies procurãtur, nõ apparent miracula, tàm eximia, qualia ſunt recenſita in præcitatis bullis canonizationum, quas olim celebrauit Eccleſia, vtputa reſuſcitationes mortuorum, illuminationes cęcorum, ſeu alia ſecundi ordinis, vel generis, iuxta diſtinctionem communiter adductã à Theologis, & Canoniſtis, de qua copiosè ſcripſi in meo elucidario in priori parte capi-

capitis octaui, vt latè demonſtrabo inferius puncto 3. in reſpõſionibus ad argumenta,eo magis cum miracula,quæ,teſte S.Auguſt. lib. de ver. relig.ſint veriora ſigna sãctitatis famulorũ Dei, nec ſunt illa modò, (vt dictum eſt ad ſecundam aſſertionem) in qualitate, & numero qualia extiterunt miracula paulò ante recenſita, vt latè dicam inferius in animaduerſione generali.

Quid ſimile iam narratis immediatè accidit in cauſa canonizationis Sancti Bernardini Senenſis, vt aſſerit Nicolaus V. in bulla canonizationis eiuſdem, data 24. Maij anno 1450. Põtificatus verò ſui 4.vbi recenſitis virtutibus ac miraculis magnis eiuſdem Sancti Confeſſoris, (inter quæ connumerantur reſuſcitationes quinq; mortuorum, illuminationes cęcorum, etiam à natiuitate) plenè probatis, iterũ captæ fuere aliæ informationes antequã deueniretur ad actũ ſolemnis canonizationis, aſſignans pro ratione, hunc eſſe morem, & conſuetudinem Eccleſiæ militantis differendi videlicet iuſtorum,etiam eximiorum canonizationem, ſeruata temporum mora.

Deniq; Pius II. in bulla canonizationis S. Catharinę Senẽſis Ordinis Sãcti Dominici §. *aderant multæ preces*, & §. *ſed pro veteri conſuetudine*, ædita *Kalendas Iulias* 1461. *Pontificatus anno* 3. Dilucidè affirmat,antiquã Eccleſiæ conſuetudinem eſſe, vt protraheretur in annos, negotium canonizationis Sãctorum ob rationes ſuperius allatas ex eiſdem bullis pro maiori parte collectas.

Petrus Galeſinus,(quem valdè

valdè commẽdat Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologiũ Romanũ) part. 3. *de canonizatione Sancti Didaci num. 6. §. Pontifex igitur*, inter quamplura ait. *Vt ſplendidius veritas ſanctitatis, & miraculorum canonizandorum eluceſcat, non obſtantibus magnis, & continuis precibus Regum, Principum, & aliorum, longius eſſe differendam actionem canonizationis.* Vbi in particulari exẽplificat de illa Sancti Stanislai Martyris, quem in diuorum albo adſcripſit Innocentius IIII. annis 170. à die ſuſcepti martyrij, eius tamen ſanctitas, & miraculorum patratio extitit plenè probata, vt immediatè demonſtrabo. De hoc .n. Sancto Martyre Stanislao Innocentius IV. in bulla canonizationis eiuſdem, edita anno Domini 1253. 25. Kalẽdis Octobris Põtificatus ſui 11. præſertim §. *verùm*, inquit. *verùm ne militans Eccleſia de tali, ac tanto Patrono, ſic atrociter ſibi ſubtracto inconſolabiliter quaſi gemitus singultuosos emitteret; si beneficiorum ipsius affluentia eam non contingeret ſæpius delectabiliter irrigari. Ecce glorioſus Deus in Sanctis ſuis Dominus volẽs eiuſdem Patris plenitudinem gloriosè inditijs exprimere manifeſtis, & præſtolãti Eccleſię grata conferre, ſuper hoc recreationis remedia tot, & tantis fecit ipsũ famosis miraculis corruſcare, (de quibus facta nobis, & fratribus noſtris, prout debuit, per teſtes idoneos plena fides extitit.) quod eius inter Sãctos cœteros implorare ſubsidiũ, reputauimus meritò nõ indignũ. Nam mortuis vitam, lumen cęcis; auditus ſurdis; verbum mutis; claudis greſſus. Epilepticis cerebri robur, & Dæmoniacis immundis ab eis eiectis ſpiritibus: corporum requies ad eius inuocationem cœleſti dextera ſubitò conferuntur.*

In bulla canonizationis Sancti Antonini Archiepiſcopi Florentini, edita à Clemẽte VII. anno 1523. 6. Kalend. Decẽbris Pontificatus ſui anno primo, (quem canonizationis dignita-

gnitate exornauerat prædeceſſor eius Adrianus VI. ſed morte præuentus literas canonizationis expedire nequiuerat) poſt recenſitas diligentias pluries reiteratas per multiplicationē proceſſuū cōmiſſione, & authoritate Apoſtolica fabricatorum circa admirabilē ſanctitatē,& innumerā multitudinē miraculorū, quæ Deus omnipotens interceſſione eiuſdem Sancti Archiepiſcopi frequentiſſimè operatus eſt, de quibus pleniſſimè conſtabat, dum adhuc Leo X. in humanis eſſet, vt expreſsè aſſerit idem Clemens ad finem §.*cumque*. Nihilominus vt affirmat idem Clemens in ſequentibus §§. eiuſdem bullæ pro cōſtanti obſeruantia ritus, ac conſuetudinis Eccleſiæ diuturnæ moræ canonizationis, adhuc tamen protractum fuit negotium canonizationis eiuſdem viri Dei, & nouæ diligentiæ,atque informationes iterum captę ſuper ſanctitate, moribus, eximijs virtutibus, necnō & miraculis ipſius S. Antonini in vita,& poſt mortem factis, ita vt aſſerat idem Clemēs VII. §.*quibus peractis* Leonem Decimū examinatis, quæ ex proceſſibus reſultabant, in Vigilia Pentecoſtes anni 1521. publicum Conciſtorium ad effectum canonizationis Sancti Præſulis Antonini pro ſexta feria poſt feſtū ipſius Pentecoſtes indixiſſe, ſed febre, ac poſtremo obitu eiuſdem Leonis ſuperuenientibus,in canonizationis huiuſmodi negotio,vlterius, tunc proceſſum non eſt.

In qua bulla §.*prȩterea*, narrādo, multitndinē eximiā miraculorū in genere

re-

recenſet, & refert etiam quoddã dictũ Nicolai V. prędeceſſoris ſui, (de quo paulò ante relatũ eſt, Sanctum Bernardinum de Senis canonizauit) aſſerentis. *Non minus ad Dei laudem Antoninum viuum, quam Bernardinum mortuum inter Sanctos referendum putare.*

Ex quibus dilucidè conſtat veritas tertiæ aſſertionis de longa temporum mora, quã conſueuit Eccleſia columna, & firmamentum veritatis obſeruare in negotio canonizationis famulorum Dei.

P. Galeſinus vbi ſupra probat veritatem tertiæ aſſertionis, exemplo etiam Sancti Bernardini Senenſis Confeſſoris, qui & ſi magna miraculorum corruſcatione fuerit à Deo illuſtratus in vita, ac etiã poſt mortem, nihilominus honore canonizationis non extitit decoratus, niſi poſt annos 160. à die ſui fœlicis tranſitus computandos.

Ad prædicta, vt par eſt, reſpiciẽtes ampliſſimi Patres, & Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. DD. DD. Cardinales Sacræ Congregationis Rituum, permoti etiã continuis, & frequentioribus inſtantijs Magnorum Principũ, Vniuerſitatum, ac Religionum ſollicitè, Sedem Apoſtolicam pulſantium, vt multorum famulorum Dei obtinerent canonizationẽ, vel ad minus fauorabilẽ beatificationẽ, poſt maturã diſcuſſionem decretũ piè, ac ſapienter edidere circa diuturnam moram, omninò ſeruandam antequam incipiatur, & ad perfectionẽ redigatur negotium beatificationis, ſeu canonizationis iuſtorum, cuius decreti obſeruantia in omnibus vtilis eſt, ideò manutenenda venit.

SVMMA

Secundi Puncti.

1 *Omni ſtudio, magniſq; cautelis, ac prolixis diligẽtijs ſæpè examinatis procedendum eſt in magno, ac arduo negotio, valdèque difficili canonizationis Sanctorum.*

2 *Præter authoritatem Summorũ Pontificum id ſufficienter demonſtrantium, hoc idem euidenter probatur ex natura, & conditione eiuſdemmet ardui, & valdè difficilis facti canonizationis, vt optimè tradunt inter alios Canoniſtæ.*

3 *Qui etiam non dubitant affirmare magna, atq; valdè ardua ęquiparari impoſſibilibus.*

4 *Ideò cõmuniter Theologi, & Canoniſtæ aſſerunt vera, atquè dilucida miracula non autem dubia, ad effectum ſolemnis canonizationis Sanctorum, admittenda eſſe.*

5 *Huius autem aſſerti per modum corollarij, propoſiti multiplex ratio aſſignatur.*

6 *Tamquam pium, & ad multa valdè vtile reputatur, vt inter miracula iuſtorũ præſert ĩ Confeſſorum, qui in dies proponuntur canonizandi, reperiantur ad minus duo, vel tria miracula ſecundi generis, vel ordinis, quę nequeunt fieri, niſi à ſolo Deo omnium mirabilium primo authore.*

SECVNDVM PVNCTVM.

EX diligenti namque ponderatione illorum, quæ in priori puncto huius tractatus copioſè adducta ſũt, & abũdè probata, & ad maiorẽ dilucidationem eiuſdem materiæ, vel ſubiecti de prolixa videlicet dilatione canonizationis Sanctorũ,

aliqua

aliqua corollaria ſcitu digna, & fortè neceſſaria colliguntur, quę ſigillatim proponam, adiunctis eorũ declarationibus, atq; probationibus.

PRIMVM COROLLARIVM.

1 OMni quidem ſtudio, magniſq; cautelis, atq; eximijs diligentijs, ſæpè etiam repetitis (regulariter, & ordinariè loquendo) procedendum eſt in cauſa, ſeù negotio tanti momenti, quale eſt illud canonizationis Sanctorum, quæ diligentiæ non ſolum reſpicere debent ſubſtantiam facti, verum etiam, & modum, quo in re tanti momenti proceditur.

PROBATIO PRIMI COROLLARII.

2 VEritas explicata in hoc priori corollario, pręterquam quod redditur ſufficienter probata ex adductis in præcedenti puncto, eandem euidenter demõſtrat inter alia vſus, & cõſuetudo Eccleſiæ ſemper vſq; modo ſeruata in ſolemni Sanctorum canonizatione, vt dilucidè habetur in litteris Apoſtolicis expeditis occaſione canonizationis quamplurium Sanctorum antea iam relatis.

Præſertim verò id aſſerit Innocentius IV. in bulla canonizationis S. Eadmundi Cantuarienſis Archiepiſcopi, ædita anno Domini 1247. die 11. Ianuarij anno 4. ſui Pontifi-

tus,

tus, in qua §. *Nos*. inter quamplura hoc idem ſignificãtia expreſsè inquit. *Nos de ſanctitate vitæ, ac veritate miraculorum eiuſdem S. Eadmundi curioſè inquiſitionis ſolemnitate, ac diſtricti examinis, diſcuſſione præmiſſis, plenariam certitudinem obtinentes, & cæt.*

Circa quæ verba ponderandum duxi. *Per ſolemnitatem inquiſitionis.* non ſolùm intelligit ſolemnitates neceſſariò, & rigoroſè de iure ſeruãdas in formatione proceſſuum, ſeù teſtium examine, verùm, & illam relationem, quæ ſẽper conſueuit fieri de reſultantibus ex proceſſibus authoritate Apoſtolica fabricatis in cauſa canonizationis Sanctorum, quæ fit non ſolùm in Cõſiſtorio ſecreto, vel ſemipublico, ſed etiam in alio publico præſentibus Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac alijs Romanæ Curiæ Pręlatis, votum ſuum ſigillatim pręſtantibus, an talis iuſtus ſit, vel non ſit canonizandus, quod ſemper præcedit decretum Summi Pontificis Romani de certo die deputando pro celebratione ſolemnis canonizationis, de qua ſolemnitate habetur expreſſa mẽtio in pręcitatis bullis canonizationum, præſertim verò in illa Sanctæ Catharinæ Senenſis Ordinis Sancti Dominici aliàs relata, in qua §. *hęc, & alia.* Pius II. Virginis Senenſis canonizator, poſt recenſitam eius vitę ſanctitatem, & miracula, inquit. *Hæc, et alia quãplurima cũ venerabilis Frater noſter Epiſcop. Portuenſis in Counentu Cardinalium, et Prǽſulum expoſuiſſet, et liquidò probata eſſe affirmaſset, rogati ſigillatim omnes, cum Cardinales, tum Præſules, qui plurimi affuerunt ſententiam dicere, cunctorum ſuffragijs Beata Virgo digna Cœlo, et aſtris declarãda*

da viſa eſt. Nec quiſquam fuit, qui non magnopere canonizationem eius faciendam probauerit.

Obſeruantiam huius ſolemnitatis nouiſſimè affirmat Sanctiſs. Dominus noſter Vrbanus, diuina ꝓuidentia Papa VIII. modo fœliciter regnans in bulla, ſiue litteris decretalibus canonizationis S. Ignatij Loiolę Magnę Societatis Iesù Fundatoris, datis Romæ apud Sãctum Petrum anno incarnationis Dominicę 1623. octauo Idus Auguſti, Pontificatus ſui anno primo (quas morte pręuentus nequiuit expedire Gregorius XV. canonizator eiuſdem Sãcti Confeſſoris,) copiosè teſtatur ad initium earũ, in quibus non ſolum affirmat, quod immediatè dictum eſt, ſed addit id eſſe iuxta conſuetudinem, & inſtitutum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quæ duo alij Põtifices Romani prędeceſſores illius expreſſis verbis in conſimilibus litteris tradunt. Ideò prædictus Sanctiſſimus Dominus noſter Vrbanus vbi ſupra §. *Demum ait.* *Demùm bis, et quamplurimis alijs permotus, idem Gregorius prædeceſſor, ex antiquo Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, tũc ſuorũ, inſtituto, publico prius, in quo præter prædictos Cardinales, etiam venerabiles Fratres noſtri Patriarchæ Archiepiſcopi, et Epiſcopi, ac alijs Romanæ Curiæ Prælati, et dicti Gregorij prædeceſſoris familiares dilecti filij conuenerunt; et dilectus filius Nicolaus Zambeccarius, Aulæ Pontificiæ Conſiſtorialis Aduocatus, dicti Beati Ignatij merita, Principum, ac Populorum ſuper huiuſmodi Canonizatione vota retulit; et ſucceſſiuè altero, quod ſemipublicum vocant, in quo prædicti omnes, ac etiam Sedis Apoſtolicæ Notarij, et cauſarum dicti Palatij Auditores dilecti filij interfuerunt: et omnes, quod dictus Beatus Ignatius canonizandus eſſet, publicis ſuffragijs iudicarunt; conuocatis Conſiſtorijs, toto cordis affectu exultans in Domino eundem*

dem Beatum Ignatium unà cũ Beatis Iſidoro Agricola, et Frãciſco Xauerio inter Sanctos referendum duxit. Præſcripto itaque canonizationis die in feſto Sancti Gregorij Magni nũcupati, quarto videlicet Idus Martij Pontificatus ipſius Gregorij prædeceſſoris anno ſecundo; Iterum dictus Gregorius prædeceſſor eſt hortatus ad iteratas preces, ieiunia, & elemoſinas: vt in tanto opere exequendo, lumen eius, qui lucẽ habitat inacceſſibilem, implorarent ad ea peragenda, quibus diuinæ gloriæ honor, & Catholicæ Eccleſiæ fides augeretur. Omnibus verò iuxta Sanctorum traditiones, ſacrorumq; Canonum inſtituta, & Romanæ Eccleſiæ conſuetudinem ritè, & rectè peractis, dicta die quarto idus Martij idem Gregorius prædeceſſor ad Principis Apoſtolorum Baſilicam cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, et ipſius Gregorij prædeceſſoris familiaribus prædictis; nec non dilectis filijs Clero ſæculari & regulari, ac maxima populi frequentia, & poſt iteratas primo, ſecundo, & tertio pro canonizationis decreto, petitiones, per dilectum filium noſtrum, tunc ſuum Ludouicum tituli Sanctæ Mariæ Traſpontinæ Presbiterum Cardinalẽ Ludouiſium nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea inſtiterant; poſt ſacros Hymnos, Litanias, aliasq; preces, & poſt imploratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & Fidei Catholicæ exaltationem, & Chriſtianæ Religionis augumentum, authoritate eiuſdem Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum, decreuit, & definiuit dictum Ignatium Loiolã prędictæ Societatis fundatorẽ, vnà cum Isidoro, & Franciſco pręſatis, ac Beatis Philippo, nec non Thereſia, Sanctum, & Sanctorum Catalogo adſcribendum, & aggregandum eſſe; prout adſcripsit, & aggregauit; ſtatuens, vt ab vniuerſis Chriſtifidelibus in eius honorem Eccleſiæ, et Altaria, in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari, et quolibet anno dicta die illius obitus pridie Kalend. Auguſti feſtum ipsius, et officium, tanquam de Confeſſore non Pontifice ad formam in Rubricis Romani Breuiarij præſcriptam ſolemniter celebrari poſſint.

Eadẽ verba quo ad omnimodã identitatem ſenſus

ſus leguntur in bullis canonizationis cunctorum Sanctorum vſque ad præſentem diem per Eccleſiã canonizatorum, præſertim vero in illa Sancti Didaci Confeſſoris, ædita à Sixto V. & pariter in illis canonizationis Sãctorum Confeſſorum Hyacinti, & Raymundi à Clemente VIII. editis, ac etiam in illis Sanctæ Franciſcę Romanæ, & Sancti Caroli Borromei, quas edidit Paulus V. eorum canonizator, de quibus ſupra in priori puncto.

Eandem Veritatẽ huius prioris corollarij abundè nimis demonſtrat magnitudo, atque excellentia, magnaque arduitas negotij, ſeu facti canonizationis Sanctorum, de quibus latè dictum eſt ſuperius in priori puncto, præſertim ad primam aſſertionem.

3 Qua occaſione nõ prætermittam conſiderare, quod rei alicuius magnitudo, atq; arduitas de ſe, ac ſemper exigit, vt ſolerti ſtudio, atque eximijs diligẽtijs pertractetur, quemadmodum tradunt Canoniſtæ permoti argumento deſumpto ex tex. *cap. vbi periculum de elect. in 6. Imol. conſ. 147. num. 13. Menoch. conſ. 73. num. 19. & conſil. 149. num. 4. Gratian. dec. March. 133. n. 19.* Addentes, quod ob id in arduis lex maiorem, magiſq; concludẽtem requirat probationem, vt notãt Iuriſtæ in *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, & cap. quanto de his, quæ fiunt à Prælatis, Barbat. conſil. 54. nu. 13. lib. 1. Cephal. conſ. 206. nu. 9.* cum alijs, ſemper innixi veritati illius communioris regulę, circa maiora, maius periculũ verſatur, ideò cautius eſt agẽdum, cuius regulæ obſeruantia, neceſſariò locum habet, præſertim in canonizatio-

ne Sáctorum, cum ſit vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poſſit, quemadmodú tradit inter alios quamplures, Troil. Maluit. de canonizat. Sanctor. dub. 1. nu. 6. pro qua veritate citat gloſ. in verbo *Sedis c. Maiores de Baptiſ.* & Card. Tuſc. pract. concluſ. iur. lit. C. concl. 41. num. 14. & nu. 5. cauſam canonizationis appellauit cauſam maiorem de pertinentibus ad fidem, hancque dixit eſſe ſententiam communem Theologorum, pro qua citat Sanctos Gregorium, Ambroſium, Hieronyimum, Bernardum, Bonauenturam, Thomá Aquinatem, ac etiam Cardinalem Turrecrematá, Troylum, Maluitium, & alios.

SECVNDVM COROLLARIVM.

CONſiderantes attentius Iuriſtæ, & alij immediatè adducta, aliaq; ad eandem materiam pertinentia, conſtanter affirmant, magna, excelſa, atque valdè difficilia, nedum exquiſitis cautelis adhibitis, tentanda eſſe, verum etiam, & rarò.

Aſſignant rationem, quoniam in iure difficultas magna, ęquiparatur impoſſibilitati. *l. nepos procul. ff. de verb. ſignificat. l. ſi ſeruus ff. de noual. l. diuortio ff. de negot. geſt. Alberic. in l. qui ex liberis ff. de bon. poſſ. Bald. conſ.* 101. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 39. *num.* 125. *& ſeqq. lib.* 2. *Sebaſtianus Medices de caſib. fortuit.* 1. *par. q.* 4. *num.* 13. *Farinac. frag. crlminalium per.* 2. *lit. E. num.* 143. Impoſſibiliú .n. & valdè difficilium, idem eſt iudicium. *l. apud Iulianum §. con-*

ſtat ff.de legat.primo.

Quæ ratio, vt videtur habet[1] fundamentum in ſacra Scriptura; dicit enim Chriſtus in Euangelijs, impoſſibile eſt diuitẽ intrare in Regnum cœlorũ, quod interpretantur Sancti Patres non de omnimoda impoſſibititate, verùm de maxima difficultate.

OBIECTIO.

STatim aliqui proponunt obiectionem contra immediatè adducta, quibus oſtendebam dictum illud Iuriſtarum idem videlicet eſſe iudicium de re valdè difficili, atq; impoſſibili, habere fundamentum in ſacra, Scriptura aſſerentium verba ad hoc citata, ſcilicet impoſſibile eſſe, diuitem intrare in Regnum Cœlorum, nõ reperiri expreſsè in textu Euangeliorum Matth. cap. 19. quo in loco, reſpondens Chriſtus interrogationi ſibi factę, an diues poſsit intrare in Regnum Cęlorum? dicit, difficile eſſe, non autẽ impoſſibile.

RESPONSIO.

VT, breuiter ſatisfaciã propoſitæ obiectioni, occurit mihi dicendum, quod ſi diligentius conſiderentur, quæ adducuntur in obiectione, inuenietur, quod in ſe, continent reſpõſionẽ ad eandem obiectionem. Mea enim intentio non fuit affirmare, quod in præcitato textu Matthei

explicitè reperiatur illud verbum, ſeu illa dictio *impoſſibile*, ſed ſatis fuit mihi, quod id habeatur ad minus implicitè, & virtualiter, prout in rei veritate ibidem continetur.

Quod facillimè probatur ex verbis Sancti Ioannis Chryſoſtomi in Mattheum cap. 19. homil. 64. ad illa verba, difficilè diues intrabit in Regnum Cœlorum, dum inquit. *Quod autem primò difficilè dixit* (hoc eſt Chriſtus) *ad ipſum progrediens, cameli, atq; acus cõparatione, valdè impoſſibile oſtendit.*

Ecce, quomodo in præcitatis verbis Chriſti implicitè ſaltem, ac virtualiter habetur non ſolùm illa dictio, *impoſſibile;* ſed cũ additione, ideſt *valdè impoſſibile.*

Sanctus Thomas in ſua caten. aur. ad prędicta verba Matth. cap. 19. adducẽs eorundem verborum interpretationem, quam adhibet ad eadem verba Chriſti, Sanctus Ioannes Chryſoſtomus, ait, *Quia verò dixerat difficile eſſe diuitẽ intrare in Regnũ Cœlorum, procedit, ad oſtendẽdum, quod ſit impoſſibile.*

Toſtatus ad eadẽ verba facilius eſt intrare Camelum per foramen acus, quàm diuitem in Regnũ Cęlorum inquit, ideſt impoſſibile, quod manifeſtiùs expreſſit, & Nicolaus de Lyra ſupra illud Matt. capit. 19. *Faciliùs eſt camelum per foramen acus trãſire, quàm diuitem intrare in Regnum Cœlorum*, ait, *Primum eſt impoſſibile, vt patet manifeſtè ergò & ſecundum.*

Itaque dictum, de quo ſupra, quod videlicet difficile, & impoſsibile pro eodem habeantur, remanet ſufficiẽter probatum, etiam ex teſtimonio ſacrę Scripturæ, modò immediatè declarato.

TER-

TERTIVM COROLLARIVM.

4 Diligentius conſiderantes, aliqui ſuperius adducta ad confirmationem præcedentium aſſertionum, ac etiam corollariorum, præſertim verò prè meditando, quod perſeuerantia vſque ad mortem incluſiuè canonizandorũ, ordinariè, & regulariter à Deo panditur magnis, certiſque, ac indubitatis miraculis, vt tutior ſit via procedendi in magno canonizationis negotio, ſapienter dixerunt: Ad effectum ſolemnis canonizationis iuſtorum, nullatenus admittenda eſſe, niſi vera, certa, & indubitata miracula, & vt talia ritè, ac ſufficientet per teſtes probata.

Veritatem huius corollarij, colligunt ex verbis ipſis, bullarum canonizationis diuerſorum Sãctorum, quæ ſunt: *Cum de ipſius Sanctæ, vitæ ſinceritate, ac ſignorum veritate, euidenter per teſtes idoneos conſtet, & cæt.*

Quæ verba, ſaltim quoad identitatem ſenſus, habentur in omnibus, & ſingulis litteris vſque modò editis circa canonizationes Sanctorum vſque ad præſentem diem ſolemniter celebratas, vt cunctis prædictas bullas percurrentibus euidens erit.

Eadẽ nihilominus verba, reperiuntur præſertim in bulla canonizationis S. Franciſci de Aſſiſio, Ordinis Minorum Fundatoris, ædita à Gregorio IX. anno Domini 1228. die 19. Iulij §. *Cum igitur.* & pariter in illa S. Euuduiſiæ, ædita à Clemente IIII. 1267.

1267. die 26. Martij. §. *Cum itaquè.*

Id quoque dilucidioribus verbis tradit Ioannes XXII. in bulla canonizationis S.Thomæ de Aquino, ædita 15. Kal. Auguſti Pontificatus ſui anno 7. §.*Cumquè* circa finem, dum inquit. *Cũq; per huiuſmodi noſtram, & eorundem fratrum noſtrorum examinationem ſollicitam, & ſollicitudinem, examinatam, vitam eius Sanctam, & miracula vera eius meritis facta, probata eſſe conſtitit, & ſupplicantibus nobis id ipſum humiliter, & deuotè multis tunc Prælatis apud Sedem Apoſtolicã exiſtentibus, de dictorum Fratrum noſtrorum cõſilio, & aſſenſu, authoritate Dei omnipotẽtis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ac noſtra, eum: Sanctorum Confeſſorum Cathalogo duximus, adſcribendum, & cæt.*

Hoc idem: præcedenti §.cuius initium eſt; *Caterũ quia*, referens idem Ioan: maximas diligentias de mandato Sedis Apoſtolicæ factas, in cauſa canonizationis Sancti Thomæ, queq; fieri debent, in conſimili negotio canonizationis iuſtorum, inquit. *Nos de sãctitate vitę, ac miraculorum veritate, Confeſſoris eiuſdem, non ſemel tantùm, ſed primò, & ſecundò, non feſtinè. Sed maturè inquiri fecimus; & per nos etiam, et Fratres noſtros, Sãctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales inquiſitionem huiuſmodi exacta diſcuſſione examinauimus diligẽter, vt tãtò firmius, quãtò maturius, tãtò certius, quantò diſquiſitius inquiſitum, et examinatũ exiſteret, in sic arduo, difficiliq; negotio procedere valeremus.*

Quæ verba: ſaltim quò ad ſubſtantiam, & ſenſum omninò coincidunt cum illis huius tertij Corollarij. Quamobrem in veritate, & proprietate ſermonis dici poteſt, non quid nouum, ſed fideliter, ac expreſsè collectũ ex verbis litterarum, ſiue bullarum, quas ediderunt Summi Pontifices occaſione canonizationis diuerſorũ Sanctorum.

DE

DE FINE MVLTIPLICI MIRACVLORVM.

QVamuis enim cũcta ferè neceſſaria ad materiam mircaulorum, diſtrictè per me fuerint adducta in meo Elucidario Theologico aliàs prælo commiſſo; hic tamen, tamquam vtile; ne dicam neceſſarium, breuiter põderando, quod, vt colligitur ex doctrina Theologorum, atque Canoniſtarum, præcipuus finis verorum miraculorum, quæ à Deo operata ſunt, & in dies fiunt: duplex eſt.

Miracula namq; ordinantur à Deo ad confirmationẽ veritatis catholicæ, quam quis prædicat, vel alio modo docet, vel pandit, aliquàndo verò eadem miracula diriguntur, ad demonſtrandam, ſeu hominibus, vel Eccleſiæ declarandam eximiã ſanctitatem famulorum Dei, quos Deus ipſe vult, ſeruatis ſeruandis, ſuæ Eccleſię in exemplum, & imitationem, proponere, ob heroicas illorum virtutes, quibus Deus Optimus Maximus, eoſdem ditauit, decorauitquè. Ita tradit inter alios S. Thomas 2. 2. q. 178. art. 2. & ſeqq. Albert. Magnus in cõpend. Theolog. tract. 8. q. 30. S. Bonauen. in compẽd. Theologicæ verit. lib. 1. cap. 28. num. 7. Rota Romana in relationibus canonizationis Sanctorum Hiacynti, & Andreę Corſini, & aliorum, Maſcard. de probat. concluſ. 262. num. 25. & concl. 263. num. 1. Goffred. in ſumm. nu. 3. de reliq. & venerat. Sanctor. Molfeſ. conſ. 46. num. 45.

RE-

REGVLA DE FINE MIRACVLORVM.

CVpientibus verò ſcire quando ſit iudicandũ de miraculis, quòd facta ſint ad declarandam, hominibuſquè patefaciendam vitæ ſãctitatem alicuius famuli li Dei eis ſatisfit ex placitis Theologorũ, & Canoniſtarũ, ex quibus colligi poteſt regula vera, & generalis ſequentis tenoris .ſ.

Quoties enim fiunt vera miracula inuocatione, vel interceſſione, aut meritis, verè famulorum Dei, qui ſunt, vel extiterũt probatæ vitæ in gradu non ordinario, ſed eminenti corã Deo, & hominibus, præſertim autem quando nulla adeſt neceſſitas cõfirmandæ veritatis catholicæ, tunc, & eo caſu ſemper ferri poterit iudicium certum, quòd miracula hoc modo à Deo patrata, ordinata ſint ad illius, vel illorum famulorum Dei patefaciendam ſanctitatẽ, cuius, ſeu quorum interceſſione ſucceſſerunt.

QVARTVM COROLLARIVM.

6 EX prædictis namq; ſucceſſiuè, & conſequenter, quamplures Theologi, & Caniſtæ colligunt, (ne valdè graue negotium canonizationis Sanctorum propter illius frequentiam, ſiue nimimam facilitatem cedat apud homines, præſertim non benè veritati catholicæ affectos in aliqualem contemptum) vt iuxta antiquam Eccleſiæ con-

conſuetudinem neceſſariò ſeruandam, quemadmodum latè ſuperiùs demonſtratum eſt, non admittantur ita de facili ad effectum canonizationis, indifferenter miracula cuiuſcũquè generis, vel ordinis, niſi inter illa reperiantur ſaltem duo, vel tria ritè probata ſecundi ordinis, vel generis, qualia ſunt reſuſcitationes mortuorum, illuminationes cęcorũ, reſtitutiones viſus, vel auditus, & ſimilia.

Veritas huius Corollarij cum ſit ſuffulta efficaciſſimo argumento fundato in vſu, & antiqua conſuetudine Eccleſiæ Romanæ, euidẽter ſuperius demonſtrata de ſe lucidiſſima, atquè euidentiſſima, remanet, nullaquè alia eget probatione; Legentibus.n. litteras canonizationis quorumcumquè Sanctorum vſque modo per Eccleſiã canonizatorum, liquidò conſtabit, quod in illis habeatur expreſſa mẽtio de pluribus miraculis ſecũdi generis, vel ordinis, & quia litteræ canonizationis Sancti Ignatij fundatoris venerabilis Societatis Ieſù, ſunt ex nouiſſimè expeditis inter illas, quæ ad manus meas peruenere in illis profectò. §. *Ferdinandus Pretel*, narratur miraculum liberationis eiuſdem Pretel à ſupremo mortis diſcrimine, in quo iam deſtitutus à Medicis, verſabatur, & §. *Ioannes quoquè* recẽſetur duplex illuminatio cœcorum.

Quibus addi poteſt alia ratio ad idem, quæ fundat argumentum non neceſſitatis, ſed maximæ congruentiæ, vt videlicet tollatur curioſis, & malè affectis vana in cordibus

H ſuis

ſuis frequenter meditantibus omnis, & quæcunq; occaſio iniquè latrandi, ſeu irriſoriè diſſerendi de ſupremo canonizationis negotio, deq; egregijs, ac eximijs miraculis Sãctorum, præſertim priſcorũ, quemadmodũ impiè nimis fecerunt aliqui perditi homines fabellarum deſcriptores, inter quos connumerari poteſt Bocacius, Maſutius, Salernitanus, & alij, quorũ peſſimum exemplum imitantes, non rectè tamen aliqui homines, in quibus dam regionibus frequenter (vt fertur) eructant, quod qualitas nõ eximia miraculorum, quæ modò circumferũtur de hominibus iuſtis reputatis, de quibus etiam agitur cauſa beatificationis, materiã dubitandi ſuppeditat de eximijs illis Sanctorum antiquorũ miraculis, ſeu illorum multitudine. Ne itaquè vileſcat apud homines egregium, & ſublime canonizationis negotium, & ad euitanda inſinuata mala, & alia, optimum erit in cauſa canonizationis, etiam quo ad qualitatem miraculorũ, ſeruare vſum, & conſuetudinem Eccleſiæ, de qua latè in hoc quarto Corollario.

SVMMA

Tertij Puncti.

1 *Proponitur, atq; ſoluitur multiplex obiectio à quibuſdã propoſita contra determinata in aſſertionibus, et corollarijs, vt ſuadeant celeritatem, et frequentiam canonizationis Sãctorum.*

2 *Demonſtratur multiplici teſtimonio Iuriſtarum, quod caſus ſpeciales, de quibus præſertim in ſecunda obiectione, non ſint adducendi in conſequentiam.*

3 *Demonſtratur qualiter in omnibus canonizationibus vſque modo celebratis ab Eccleſia; connumerantur ſemper aliqua miracula ſecũdi ordinis.*

4 *Adducitur ratio dubitandi aliquando, an ſanationes appellatæ miraculoſæ, ſint tales in veritate, quales enuntiantur.*

5 *Explicatur in vero ſenſu dictũ gloſæ ſuper Mattheũ. cap. 8.*

6 *Adducuntur loca ſacræ Scripturæ, quibus ostẽditur, miracula tertij generis fieri debere in inſtanti.*

TERTIVM PVNCTVM.

Complectens varias obiectiones, & reſponſiones ad eaſdem.

1 MAgno quidem verborũ apparatu contra aliqua ex adductis in priori, ac ſecundo puncto obijciunt aliqui dicentes, celeres, atq; frequentes eſſe debere famulorum Dei canonizationes, innixi verbis Summorum Pontificum, quæ habentur in præcitatis bullis, in quibus frequenter legitur, nõ eſſe priuandos honore

canonizationis apud homines, iuſtos, vel ſanctos cum Deo in cęlo regnantes, virtutibus heroicis, & miraculis pręcellentes.

RESPONSIO.

HVic obiectioni reſpondetur, non eſſe mentis meæ in præcedentibus aſſertionibus, & corollarijs directè, vel indirectè hoc negare, ſed potius explicare ex eorũdẽmet verbis Põtificum in eiſdem bullis contentis, quod honor videlicet canonizationis ſit Sanctis tribuendus, præmiſſis tamen pręmittendis, & ſeruatis prius ſeruandis, inter quæ ſeruanda, ante iuſtorum canonizationem connumeratur dilatio, ſeu mora temporis cum alijs compluribus ſuperius recenſitis, & ex bullis Summorũ Pontificũ expreſsè collectis, aliàs cõtraria apparerent, quæ in eiſdem bullis canonizationum referuntur à Summis Pontificibus. Obiectio itaquè nulla eſt nec opponitur iam determinatis in præcedentibus punctis. Imò eadem magis confirmant, cum honor canonizationis, ſeruatis tamen ſeruandis nõ ſit denegandus Sanctis, & iuſtis modo explicato.

SECVNDA OBIECTIO.

COntendunt alij eadẽ impugnare dicẽtes, quod ab Eccleſia Catholica Romana breui temporis

poris interuallo celebratę fuere quorumdam Sãctorum ſolemnes canonizationes, quemadmodum illa S. Petri Martyris, & Sancti Antonij de Padua, qui vix euoluto anno, poſt eorum fœlicẽ tranſitum, honorem canonizationis adepti ſunt, cum alijs etiam licet numero paucis, quorum exemplo contendunt inferre celeriter, ac feſtinè procedendum eſſe ad Sanctorum canonizationem.

RESPONSIO.

Breuiter reſpondetur, quod caſus ſpeciales à Deo ſingulariter priuilegiati, præſertim magnitudine, frequentia, atq; euidentia eximiorum miraculorũ, maximè poſt mortem patratorum, nullatenus eſſe adducenda in exemplum, ſeu conſequentiã, iuxta regulam communẽ Iuriſtarum, de qua paulò inferius. Cum autem talia fuerint miracula Sanctorum Petri Martyris, & Antonij demonſtrantia eorum egregiam sãctitatem, vt copioſè habetur in bullis canonizationis eorũdem, & in vita ipſorum ab Eccleſia approbata, & per conſequens agatur de caſu ſpeciali. Ideò adducta in argumẽto, ſeu obiectione potius confirmant, quam deſtruant antecedẽtia aſſerta, à me.n. adducta exponi debẽt non de caſibus ſpecialibus verùm regulariter,&or dinariè tantũ.

RE-

REGVLA GENERALIS.

2 IN proprijs terminis adducam regulam communem iuriſtarum, de qua ſupra immediatè, quæ eſt ſequentis tenoris. *Caſus* (videlicet) *ſpeciales, ſeu ſingulares non sũt in iure trahendi in conſequentiã l. ꝙ verò, l. ius ſingulare, ff. de legib.* ea nẽpè ratione, *ne plura ſpecialia circa idẽ insimul concurrant*; quod iura valdè abhorrent. *l. cum post, §. gener. ff. de iur. dot. & ibi gloſſ. l. 1. C. de dotis promiſſione capit. singula* 89. *diſt.* vt latè fuit dictũ ex vi prædictorũ in Ceſenaten. Legati Idibus Octobris 1593. coram R.P. D. Gypſio, in qua multa cumulantur ad idẽ confirmandum, & cæt.

TERTIA OBIECTIO.

3 INſurgunt alij præſertim contra aſſertum, quod continetur in quarto corollario, affirmãtes ex doctrina Theologorum, atq; Canoniſtarũ dilucidè haberi, quod miracula tertij ordinis, ſeu generis, qualia ſunt, ſanationes corporales miraculosè factæ, quamuis etiam regulariter fieri poſſint per remedia naturalia, dici debere, & eſſe vera miracula, ideò admittenda eſſe tanquam ſufficientia in cauſa canonizationis Sanctorum. Addẽtes id ſæpè eueniſſe in conſimilibus caſibus.

RES-

RESPONSIO.

IN reſponſione ad hãc obiectionem incipiã ab eo, quod addunt opponentes ad calcem obiectionis, & clara veritatis luce ſuffultus, dico; falſum omninò eſſe, quod celebratæ fuerint vſque modo in Eccleſia Dei, canonizationes ſolemnes per Pontificem Romanũ ex vi tantum miraculorũ tertij generis, vel ordinis. Imò de facto euidenter demonſtraui contrarium (ex verbis ipſis bullarum canonizationum, quas retuli præſertim ad ſecundum punctum maximè ad quartum corollarium) ſcilicet in omnibus canonizationibus vſq; modo ſequutis fieri ſemper mẽtionem de reſuſcitatione mortuorum, illuminationibus cęcorum, alijsque miraculis ſecundi ordinis, vel generis.

Reſpõdetur ſecundò ad idẽ verũ eſſe, ꝙ in canonizationibus Sanctorũ iam celebratis reperiũtur miracula tertij ordinis, non tantùm, ſed vnà cum alijs ſecũdi ordinis, quod gratis conceditur, nec eſt cõtra aſſertũ in quarto corollario, in quo non negatur admiſſio miraculorũ tertij ordinis ad effectum canonizationis, ſed oſtenditur non ſolùm maxima conuenientia, verùm, & aliqualis ſaltẽ neceſſitas aliquorum miraculorum ſecundi generis.

4 Reſpondendo ad priorem partem obiectionis, occurrit dicendum, quod in obiectione præſupponitur, id tamquam certũ, quod fortè multoties eget

magna

magnā probatione, videlicet quod ſanationes aſſertæ ſint verè, & realiter miraculosæ, cum ex pręcedenti applicatione medicamentorum corporaliũ potuerint prouenire, nã ſępè leguntur ſanationes vulnerũ, ſeu à febre, quæ aſſeruntur factę interceſſione huius, vel alterius famuli Dei, cum tamen pręceſſerint in eodem infirmo applicationes medicamentorũ corporalium, quæ non in inſtanti, ſed tractu temporis ſuum ſortiuntur effectum, quo caſu ſemper remanet locus dubitãdi, an huiuſmodi ſanationes ſint miraculosè, vel potius per artem medicinæ.

Quibus additur, quod ſæpè poſt applicationem reliquiarum famulorum Dei, ſeu illorum inuocationem, non ſtatim, & mox ſubſequitur ſanatio, ſed cum interuallo temporis, & vt poſt quartam obiectionem dicam in cõſimilibus ſanationibus, vt verè miraculosè ſint, exigitur, vt protinus, mox, & ſtatim ſubſequantur, in ea tamen perfectione, ad quam natura, vel ars medicinæ nequit peruenire, etiam adhibitis eximijs remedijs, quemadmodũ legitur, quod Lucæ c. 4. Socrus Simonis, ſtatim à Chriſto ſanatus, ſurrexerit, & magna roboris fortitudine diſcũbẽtibus, illicò miniſtrauerit.

QVARTA OBIECTIO.

Contra immediatè adducta proponitur obiectio fundata in dicto gloſæ ſuper Matth. 8. vbi

recēſetur illuminatio cęci nati miraculosè à Chriſto operata, ibi enim inquit gloſſ. quod poſſunt fieri miracula, etiam ſucceſſiuè, quam gloſam ſequuntur multi Iuriſtæ, vt putà Archidiacon. Bellam. & Panuin. in relat. Sancti Bonauent.q.2. art. 5. & Troil. Maluet.tract. de canonizat.Sāctor.dub. 3. qua gloſæ authoritate ſuffulti concludunt, miracula tertij generis ſucceſſiuè fieri poſſe.

RESPONSIO.

5 CVi obiectioni reſpondetur, quod in præcedentibus nō negatur abſolutè, quin poſſit dari caſus ſanationis miraculoſæ, vel alterius facti tertij generis miraculorū ſucceſſiuè, quæ verè miraculoſa ſit, ſed fundantes intentionem in multis factis recenſitis in ſacra Scriptura inferius adducendis, cōſtanter aſſerimus, quod ſanationes, de quibus ſupra, vt verè cōſtet, quod ſint miraculosè; regulariter loquendo, debent habere hanc qualitatem, ſeu conditionem, vt factæ ſint mox, ſeu protinus, vel celeriter, quod alij dicunt, quaſi in inſtanti temporis.

Ad authoritatem gloſæ mira facilitate reſpondetur, quod neceſſariò exponi debet ſecūdum materiam, ſeu ſubiectum, de quo fit ſermo in eodem Euangelio Matth. 8. de miraculis ſcilicet ſecundi generis, quale fuit illuminatio cęci nati, de qua in tex. eiuſdem Euangelij, habetur ſermo.

Et ratio ea eſt, quam S.

Thom. & alij Theologi adducunt, quia miracula ſecundi ordinis, cum ſint ſemper à ſolo Deo operata, nihil, aut parum refert, an fiát ſtatim, vel cũ ſucceſſione tẽporis; quouis enim modo ſuccedát, à ſolo Deo ſemper erunt, nunquam autem à natura, quia à priuatione ad habitum naturaliter non datur regreſſus.

Quamobrem diuerſa eſt ratio, quantum ad hoc particulare, ſucceſſionis temporis in miraculis ſecundi, & tertij ordinis, nã cum facta, quæ rediguntur aliquando ad genus miraculorum tertij ordinis, producantur regulariter etiam à natura, vel ab arte medicinæ ad diſcernendum, quando hæc ſint à Deo ſupernaturaliter operata, non autem à natura; neceſſaria eſt illa duplex conditio, vel ſaltem altera illarum, videlicet, quod mox facta fuerint, & in tali gradu perfectionis, quod natura, vel ars humana pro tali, tantoque breui tempore, non valuerit pertingere ad tàm eximium gradum ſanitatis, quod præſertim habet veritatẽ, & neceſſariò obſeruandum eſt, quando præceſſerunt applicationes medicamentorum corporalium ante huiuſmodi ſanationes, quas miraculoſas appellant, circa quæ magna cautela adhibenda eſt.

DE DICTIONIBVS MOX, protinus, ac differentijs miraculorum ſecundi, & tertij ordinis.

Conſtitui breuiter declarare, ſecundum placitũ Iuriſtarum, ſignificatũ huius dictionis *Mox, & protinus, ſeu confeſtim*, quod denotat modicum tempus, ſeu magnã temporis breuitatem; ſiuè celeritatem.

Quo præſuppoſito referã aliqua loca ſacrę Scripturæ, quibus demonſtratur veritas illius aſſerti, quod miracula ſecundi ordinis non fiunt neceſſariò ſtatim, ſed ſucceſſiuè, vel ſtatim indifferenter, vt patet 3. Regum c. 17. vbi narratur reſuſcitatio à mortuis filij viduæ ſarreptę ſidoniorũ, nõ ſtatim ſequuta ad reiteratas preces, & interceſſionem viri Dei Eliæ Prophetæ. & Exod. cap. 10. in quo referuntur miracula, non tamen protinus facta à Deo per Moyſen in conſpectu Pharaonis.

Ex quibus vnà cũ alijs immediatè adducẽdis, liquidò conſtat, de diſcrimine reperto inter miracula ſecundi ordinis, ac tertij generis; illa enim indifferẽter eueniunt cõfeſtim, vel cum dilatione, ſeu ſucceſſione temporis: iſta verò tertij ordinis, regulariter fiunt mox, citò, vel protinus, vt paulò poſt demõſtrabo Ideò hic adducam aliqua miracula ſecundi ordinis, illicò, & confeſtim ſubſecuta. In Euangelijs enim Matthei capit. 9. refertur duplex miraculum ſecũdi generis; illud ſcilicet ſuſcitationis à mortuis

puellæ, ſubſecutæ in domo Principis, cui, cum dixiſſet Chriſtus. Surge ſtatim ſurrexit puella; & pariter illud alterũ, quãdo cęci acceſſerunt ad Ieſũ, dicentes, vtique credimus nos poſſe à te illuminari, quorum fidem, vt vidit Chriſtus, tetigit oculos eorum, & cõfeſtim aperti ſunt.

Et in antecedenti cap. 8. ad exordium, Mattheus refert ſanationem à morbo paralitico, quam operatus eſt Chriſtus in puero Centurionis ſubſecutam, Chriſto absẽte à domo Centurionis, cum dixit. *Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi.* & vt inquit Scriptura ibidẽ, *Sanatus eſt puer in illa hora.* Hoc eſt, in illo puncto, & in illo inſtanti, in quo dixerat Chriſtus, vade, & cęt. In eod. cap. recenſetur etiam miraculum mundationis leproſi, ſuper quem extendens Ieſus manũ ſuam, ac illum tãgens, dicenſq; *Mundare.* de qua ibidem habetur, *& confeſtim mundata eſt lepra eius.*

Denique in Euangelijs Ioannis cap. 11. narratur miraculoſa vndequaque reſurrectio à mortuis Lazari quatriduani, de quo dicitur, quod, poſtquam Chriſtus voce magna clamauit. *Lazare veni foras, ſtatim prodijt, qui fuerat mortuus.*

Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis in Matth. cap. 8. q. 15. valdè declinat ad ſentẽtiam illorum, qui aſſerũt Chriſtum Dominum omnia miracula egiſſe in inſtanti, & ad illud cęci nati, paulatim illuminati, negat ſucceſſionem illuminationis, conſtanter affirmans, plura in eodem cęco nato Chriſtum operaſſe

raſſe miracula, videlicet lumen prius obſcurum, deindè clarum, vtrumq; tamen ſtatim,& in inſtāti productum. Clariùs autē, ac expreſſiùs demonſtratur teſtimonijs ſacrę Scripturę,quod miracula tertij ordinis, cuiuſmodi ſūt ſanationes corporales, quando miraculoſæ dici debēt illas elargitur Deus mox,& protinus, vt patet libro Actor.Apoſt.cap.9. in quo recēſetur miraculum ſanationis Aeneę à Deo factum meritis, & intercesſſione Sancti Petri Principis Apoſtolorum, cui Aneæ ab annis octo iacenti in grabato, quia erat paraliticus, dixit Petrus. *Sanet te Dominus Ieſus, ſurge, & sterne tibi*, & immediatè ſubditur. *& continuò ſurrexit.*

Et in eiſdem actibus narratur miraculū ſanationis claudi operatum à Deo meritis, & intercesſione eiuſdem Sancti Petri Chriſti Saluatoris primi Vicarij in terris, qui apprehenſa manu claudi dextera,(inquit Scriptura ibidem) *alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt bases eius,& plantæ.*

Lucæ quoq; c.8.recenſetur miraculū à Chriſto operatū de muliere, quæ fluxum ſanguinis patiebatur,& poſtquam tetigit fimbriam veſtimētorum Chriſti,*Confestim stetit,et sanata est.* & cap.5.Euangeliorum Lucę narratur pariter miraculum ſanationis paralitici ad imperium Chriſti, dicentis. *Surge tolle lectum tuum, et vade in domum tuam*, vbi ſubdit Scriptura. *Et confestim cōſurgens tollit lectum, in quo iacebat, et abijt in domum suam, magnificans Deum.*

Pariter in Euangelijs Ioannis c.5.refertur aliud miraculum ſanationis il-

lius

lius ægroti, qui triginta, & octo annos habens in infirmitate ſua, quiq; ad Imperium Chriſti illicò ſanatus eſt, de quo, inquit ibidem Scriptura, *& ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat.* In quo facto euidẽter demõſtratur neceſſitas illarum duarum qualitatum, ſeu conditionum, quæ comitari debent miraculum ſanationum corporalium, & alia miracula ſecundi ordinis, vel generis, vt verè miracula ſint.

Prima quarum eſt, magna temporis celeritas latè expreſſa per illa verba, & ſtatim ſanus factus eſt. Secunda verò cõditio illa eſt, quod ſanatio miraculosè à Deo collata alicui, habet adiunctum robur, & fortitudinem magnam corporis, qualẽ habere nequit homo immediatè poſt ſanationẽ corporalem, remedijs naturalibus obtentam, quod abundè nimis ſignificatur illis alijs verbis, & ſuſtulit grabatũ ſuum, & ambulabat.

Ideò Rota Romana in relatione canonizationis Beatæ Thereſæ in ſecundo miraculo inhærendo illis. quæ habentur cap. 9. Actor. Apoſtol. de quo paulò ante, & pariter illis Matth. 8. de leproſo, ſtatim mundato, dixit. Sanationem factam in inſtanti, meritis, & interceſſione eiuſdẽ Beatę mulieris, de qua in ſecũdo miraculo pręcicato, verè concernere miraculum.

Et Maluet. de Sanctor. canonizat. dub. 3. nu. 25. & 52. tradit ad hoc, vt illud, quod poteſt fieri naturaliter, in veritate dicatur, & ſit miraculũ, neceſſe eſt, vt fiat incontinenti.

Quamo-

Quamobrē ſacra Rota Romana in relatione canonizationis B. Andreę Corſini par. 2. & in alijs, ſequitur doctrinam, de qua ſupra, videlicet, quod dictū Archidiaconi, Bellameræ, & aliorum Iuriſtarum, aſſerentium non eſſe neceſſarium, vt miracula fiant in inſtanti, procedat tantum in illis miraculis, quæ fiunt contra ordinem totius naturæ, & excedunt facultatē illius, non quantum ad id, quod fit, ſed quantum ad id, in quo fit, quemadmodum ſunt reſuſcitationes mortuorum, illuminationis cæcorum, & alia ſecūdi ordinis, vel generis. In doctrina enim Diui Thomæ multis in locis, præſertim 1. par. quæſt. 105. art. 8. in corpore, habetur, miraculum dici non per comparationem ad diuinam potentiam, reſpectu cuius, nihil propriè dicitur miraculum, ſed tantum in comparatione facultatis totius naturæ creatæ, quā miraculū excedit, ſtatim ſubdens cōtingit tripliciter, vt aliquod excedat naturę creatæ poteſtatem, ſecundum quem exceſſum cōſtituitur triplex genus, vel ordo miraculorum; quando enim factum aliquod excedit facultatem naturæ, quantum ad ſubſtantiam ipſiuſmet facti, vt quod duo corpora ſint ſimul, vel quod Sol retrocedat, tale factum cōſtituit primum genus miraculorū. Quando verò opus aliquod excedit naturæ facultatem, non quantum ad id, quod fit, ſed quantū ad id, in quo fit, vti reſuſcitatio mortuorum, & ſimilia, tunc cōſtituitur ſecundum genus miraculorum. Denique quoties

opus

opus aliquod excedit poteſtatem naturæ, ſolum quantum ad modum, & ordinem faciendi, vt cum quis à febre ſtatim perfectè ſanatur abſque applicatione medicamentorum corporalium, ſed ex ſola inuocatione nominis Dei, vel Beatæ Virginis, aut alterius Sancti, conſimile opus conſtituit tertium genus miraculorum. Ita docet etiam S. Thomas 1.2. quæſt. 113. art. 10. S. Bonau. in compend. Theolog. verit. lib. 1. cap. 18. Egid. Roman. 2. ſent. diſt. 12. q. 2. dubit. 13. Maluet. de Sáctor. canonizat. dub. 3. num. 25. Bartolom. in tractat. teſtimon. verb. qualitas n. 57. Rota in relationibus Sanctorum Hiacynti tit. de miracul. Caroli Borromei par. 3. de miraculis in genere. Andreę Corſini par. 2. §. 7. & Thereſæ in primo miraculo. Hinc eſt, quod Magiſt. ſentent. in 2. diſt. 18. & S. Thom. 1. par. quæſt. 110. cum alijs diffiniunt miraculum eſſe opus præter ordinem totius naturæ, diuinæquè potentiæ atteſtantium.

Quam veritatem copioſè demonſtrant etiam alia facta miraculoſa ſecundi generis immediatè recenſita.

Itaquè omnibus recta pietate, zeloquè fidei maturè conſideratis, non videtur abſurdum continere illud aſſertum, quo aliqui affirmant valdè vtile eſſe comprimere tantam multitudinem canonizationum, ſuper quibus quotidie ferè multiplicã tur inſtantiæ, & in confectione proceſſuum non apparent ritè probata eximia miracula, qualia ſunt illa ſecundi ordinis, ſeu generis.

Qua-

Quapropter Gerſon de probat. ſpirituum col. 4. tractans de canonizatione Sanctæ Brigittæ, cum iam dixiſſet non oportere viſiones in immenſum multiplicatas recipere, tamquam Dei ore prolatas, adducens pro ratione ſui dicti, quia redderetur onerosa demùm noſtra fides, noſtraquè religio, quam Deus, teſte Auguſtino, voluit ſub pauciſſimis cōtineri articulis; quibuſdam interpoſitis, deniq; concludit. *Hinc claræ memoriæ Magiſter Henricus de Haſſia comprimendam eſſe tot hominũ canonizationem, ſcripſit*, qui Henricus, vt teſtatur Cardinalis Bellarminus de Scriptorib. Eccleſiaſt. ſub liter. H. Ordinis Cartuſianorum extitit, & multa egregia volumina ſcripſit, & vixit circa annum Domini 1380. Hoc idem de comprimendo magno canonizationum numero, tradiderũt Thomas Vualdenſis, & Ioannes Viguerius, qui floruit circa annum Dom. 1545. in locis in ſpecie relatis, vnà cum eorum placitis puncto primo huius tractat. ad fin. 2. aſſertion. §. Thomas quoq; & ſeqq.

SVMMA

Animaduerſionis Generalis.

1 *Narrantur aliquæ beatificationes nouiſſimè ſubſequutæ, extollendo magnitudinem negotij beatificationis.*

2 *Adducitur conſuetudo Eccleſiæ diù ſeruata circa modum procedendi in conceſſione beatificationis famulorum Dei.*

3 *Refertur ad extenſum decretum beatificationis Ioannis de Capiſtrano, facta mentione etiam de alijs, & de veritate ſtigmatum S. Catherinæ Senenſis.*

4 *Multa adducuntur circa qualitatem probationis miraculorum ad effectum beatificationis, vel canonizationis iuſtorum, ac etiam circa qualitatem teſtium examinandorum.*

5 *Proponitur obiectio, atque reſoluitur.*

6 *Multa quoq; hac occaſione proponuntur circa famam.*

ANIMADVERSIO GENERALIS aliqualiter conſequens ad prædicta, duas continens partes.

PRIMA PARS.

1 QVæ adducũtur in præcedentibus aſſertionibus, & corollarijs circa repetitas diligentias præmtitendas in ordine ad negotium canonizationis Sanctorum, præſertim verò circa dilationem temporis longęui, ſeruata debita proportione, non ſolum referri poſſunt, verũ, &

& aliqui Theologi,& Canoniſtæ,qui tractatus edidere de Sanctorũ canonizatione, de facto eadem ſaltim pro maiori parte adaptari poſſe, non dubitant affirmare etiam ad iuſtorum beatificationẽ complendam, vt quidam Moderni inter alios tradunt ad 2.2. D.Thom.q. 1.art.10.& alij, permoti occaſione celebrationis quarundam beatificationum famulorũ Dei, quæ magno populi concurſu nouiſſimè celebratæ fuere in Vrbe,& alibi ſolemni ritu, (non ſine tamen ſpeciali indulto,atquè facultate Sãctæ Sedis Apoſtolicę) quemadmodum nouiſſimè accidit de feſto beatificationis Beati Franciſci Borgiæ Societatis Ieſu; de illo quoquè B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Ordinis Carmelitarum,& Beatę Ritę Monialis Sancti Auguſtini; ac de illo Beati Caietani Thienenſis, qui erat ex præcipuis fundatoribus religioſiſſimæ Congregationis Clericorum Regularium; aliorumque breuitatis cauſa omiſſorum. Supradicti enim zelum Dei habentes, & intra ſe deuotè meditantes negotij quoq; beatitudinis,ſeu beatificationis magnitudinem, quod habet maximam affinitatẽ, immò neceſſariã ſubordinationem,& connexionem, cũ illo ſolẽnis canonizationis Sanctorum, quibuſdã argumẽtis ſuadent, vtile, ac neceſſarium fore, vt ad memoriam reuocetur circa hoc, antiquus mos, & conſuetudo diù ſeruata in Eccleſia Sancta Dei.

DE ANTIQVA ECCLESIAE CONSVETVDINE.

2 Quę conſuetudo,vt colligitur ex multis, ſemper fuit, pręmiſſis neceſſarijs diligentijs, ac opportunis informationibus de ſanctitate vitę, & miraculorum veritate famulorum Dei beatificandorum, eis non plura ſimul, ſed modo vnum, modo aliud concedere,vtputa nomen tãtum Beati,quemadmodũ multo tempore ante illorum canonizationẽ, euenerat de Sancto Ignatio Fũdatore venerabilis Societatis Ieſu, de S. Philippo Nerio, & Beato Felice Ordinis Capucinorum, ac alijs, quos ad tędioſam prolixitatem euitandam omitto.

Deinde poſt temporis moram, nouis tamen ſuperuenientibus circa ſanctitatem vitæ, & miraculorum patrationem eorundem famulorum Dei, alia indies conceſſa ſunt, pertinẽtia ad cultum publicum, & venerationem illorum, quod videlicet in die ſui obitus limitatè in tali Capella, in qua videlicet ſeruatur illorum corpus celebraretur Miſſa non defunctorum, ſed in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis pro gratiarum actione, quemadmodum accidit olim de eodem S. Ignatio, & modo agitur Foroliuij de Beato Marcolino eiuſdem Ciuitatis Ordinis Prædicatorum,& de fel.recor.Pio V. in Baſilica Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe ex ſpeciali decreto Sacrę Congregationis Rituum à Sanctiſs. Domino noſtro approbato,

to, quod ſingulis annis etiam præſentibus S.R.E. cardinalibus ſolemniter exequitur die 9. Ianuarij in Capella, in qua ſeruatur Auguſtiſſimum Sacroſanctæ Euchariſtię Sacramẽtũ, ad quã per Sixtũ V. translatum fuit corpus eiuſdem Pij V. cuius venerabilis Pótificis beatificatio totius orbis magna lętitia valdè deſideratur, citoque expectatur. Interueniente poſtea tẽporis interuallo, conceſſum eſt, vt de eiſdem iuſtis fieret memoria cum antiphona, & oratione in aliqua parte diuini officij, vel etiam Miſsæ, cum reſtrictiua tamen diei, loci, & perſonarum, quemadmodum euenit olim de B. Carolo Magno, quem cultu, ac Beatorum honore venerantur fideles ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ conceſſione Aquiſgrani in Capella ſuo nomini ibidem dicata. Ita Hoſtienſis, Ioannes Andreas, & alij *cap. 1. de reliq. et venerat. Sanctor. vers. sed multi.* quod etiam affirmãdum eſt de Beato Iacobo de Marchia Ordinis Minorum Sancti Franciſci, cuius memoria cum oratione olim dicebatur in Eccleſia S. Mariæ de Noua Ciuitatis Neapolitanę, ſui Ordinis Minorum de Obſeruantia, in qua venerãdum eius corpus ſeruatur, maximaq; populi neapolitani deuotione colitur, licet poſtea, nouis emergentibus circa ſanctitatem eiuſdem per Sãctam Sedem Apoſtolicã, alia maiora fuerint conceſſa ad honorem, & venerationem dicti Beati. Idem prorſus legitur de Beato Iacobo de Capiſtrano Ordinis Minorum de Obſeruantia, ad cuius

hono-

honorẽ conceſſit Leo X. feſtum ipſius celebraretur in Diœceſi, ac territorio Capiſtrani tantũ, quã conceſſionem nouis ſuperueniẽtibus ampliauit ſacra Rituum Congregatio anno 1622. vt latius apparet ex decreto, paulò poſt referendo. Idem de Beato Iacobo Salomonio ac Ambroſio Sanſedonio Ordinis Prædicatorum euenerat, ante tẽpus amplioris extenſionis nouiſſimè factæ à Gregorio XV. quod etiam modo obſeruatur de Beata Columba de Reate Moniali Tertiaria Ordinis S. Dominici virtute oraculi fel. record. Pij V. de qua ſolum agitur memoria cum oratione.

Conſuetudo etiam antiqua Eccleſiæ erat, poſt curſum multorum annorum, habita relatione ſãctitatis, & miraculorum quorundam iuſtorum, vt cõcederetur feſtum cum recitatione Miſſæ, & Officij diuini in illorum honorem, appoſita tamen ſemper reſtrictiua loci, temporis, & perſonarum, queãdmodum aliàs obſeruatum eſt de prædictis immediatè receſſitis Beatis; quod modo etiam ſeruatur de Beato Alberto Magno Ordinis Prædicatorum, cuius feſtum colitur cum recitatione Miſſæ, & officij diuini, Coloniæ tantùm apud Fratres Prædicatores ex ſpeciali indulto Innocẽtij IIX. cũ ibi ſeruetur eius venerandũ corpus, & pariter Ratiſponæ idem peragitur ex ſpeciali indulto Gregorij XV. in Eccleſia tãtùm Cathedrali eiuſdem Ciuitatis, cuius extitit Paſtor, & Antiſtes.

Et de Beata Margharita de Tiphernio in Vmbria Mo-

Moniali Tertiaria Ordinis S.Dominici ex ſpeciali conceſſione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ facta à Paulo V. Tipherni tantũ apud Fratres Prædicatores, in quorum Eccleſia venerationem habet corpus eiuſdem Beatæ, ac in die tantùm ſui obitus colitur feſtum, in honorem ipſius celebratur, Miſſa, & Officium diuinum de illa perſoluitur illo die tantùm.

Cuncta hęc liquidò demonſtrãtur ex relatis cõceſſionibus Apoſtolicis, præſertim verò ex tenore decreti Sacræ Congregationis Rituum à Sanctiſs. Domino noſtro Gregorio XV. approbati in honorem, & extenſionem cultus, ac feſti Beati Ioannis de Capiſtrano Ordinis S. Franciſci, cuius tenorem ad extẽſum hic libuit apponere, vt cuncta dilucidiora euadant.

BEATI IOANNIS DE CAPISTRANO. Minorum de Obſeruantia 16. Iulij MDCXXII.

3 CVm à fęl. record. Leone Papa X. Anno 1514. indultum fuerit, vt die 23. Octobris feſtum Beati Ioannis de Capiſtrano in Diœceſi, ac territorio ipſius Capiſtrani ab omnibus celebrari poſſet ſacra Rituum Congregatio, viſa de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri prædicta conceſſione inſtãte R. P. Fratre Benigno Genuenſi Ordinis Sancti Franciſci de Obſeruantia Miniſtro Generali, ſi eidem Sãctiſſimo placuerit, cenſuit prædictã gratiam, ad omnes tàm Fratres, quàm Mo-

Moniales totius eiuſdem Ordinis, quoad Officium ſub ritu duplici de communi Confeſſorum non Pontificum in prædicta die recitandum; quoad Miſſam verò etiam ad ſeculares quoſcumq; in Eccleſijs Fratrum S. Franciſci celebrantium, extendi poſſe.

Idem verò Sãctiſſimus, audita per nos ſacræ Cõgregationis inclinatione; decretum ſupradictum apoſtolicæ poteſtatis plenitudine comprobauit; cum enim Beati viri quotidie in Populo Chriſtiano cultus, & virtutum ipſius augeſcat admiratio, par etiam eſt, vt quæ ipſas ſequitur virtutes, gloria pariter, ac veneratio propagetur.

Franciſcus Maria Cardinalis à Monte.

Locus † Sigilli.

Ioannes Baptiſta Rinuccinus Secretarius.

Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. 1622.

IDem quoque palam demonſtratur ex tenore breuis conceſſi à Sanctiſs. Domino noſtro Vrbano Papa Octauo Religioni Beatæ Mariæ Redemptionis Captiuorum in honorẽ, & cultũ Beati Raymũdi Nonnat eiuſdẽ Ordinis, quod etiam fuit conceſſum per eundem S. D N. Vrbanũ Papam Octauum de Beato Andrea Auellino Clerico Regulari, vt de alijs breuitatis cauſa taceam.

Quod

Quod quidem colligitur ex pluribus alijs decretis ſacræ Congregationis Rituũ,quę edidit varijs temporibus circa ampliationem,ſeu extenſionem cultus, ac venerationis multorũ famulorum Dei. Pariter quoque, quod in aliquo tempore conceſsũ eſt ſub ritu ſimplici, in alio verò tempore, noua tamen ſuperueniente cauſa, quę reſpiciat nouam illius famuli Dei venerationem, ſeu miraculorum patrationem, ampliatum eſt ad Ritum ſemiduplicem,vel duplicem, et cęt.

DE BEATO ROCCHO.

QVa occaſione vtile duxi,hic quoq; ad extenſum apponere decretum anno elapſo editum à ſacra Congregatione Rituũ, & à Sanctiſſimo Domino noſtro approbatum in honorem Sancti Rocchi,cuius patrocinio valdè egemus apud Deum, his prę ſertim temporibus, quibus aliquę Ciuitates intra, & extra Italiam ſuſpitione nõ modica peſtis laborãt. Præterquam, quod tenor eiuſdem decreti confirmat immediatè adducta.

DECRETVM CVM DECLARATIONE Sacræ Rituum Congregationis circa Officium, & Miſſam pro die feſto S. Rocchi.

NOmine Populi,&Oppidi Matriti ſupplicauit D.Didacus de Zunica extẽdi Officiũ,& Miſſam,

L iam

iam conceſſa pro die feſto Sancti Rocchi, Eccleſijs in eius honorem dicatis, etiam ad Eremitoria pariter in ipſius nomine erecta; Et Sacra Rituum Cógregatio cenſuit concedendum die 26. Nouembris 1629. facto verbo cũ Sanctiſſimo.

Et Sanctiſſimus annuit, declarando, Decretum iàm emanatum intelligi debere, vt poſſit fieri feſtum cum Officio, & Miſſa de communi Confeſſ. non Pontific. in Eccleſijs dumtaxat, & Eremitorijs habentibus requiſita Eccleſiarum, in honorem S. Rocchi dicatis, iuxtà Rubricas Breuiarij Romani: Non autem, quod vltra Eccleſias, & Eremitoria, vt ſupra. Idem fieri liceat per loca, & Ciuitates vbi adsũt Eccleſię, vel Eremitoria. Et ita ſeruari mandauit. Die 26. Nouembris 1629.

Ioannes Baptiſta Card. Detus.

Locus † Sigillii

F. Fuluius Benignus Secret.

Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. 1629.

DE STIGMATIBVS S. CATHARINAE Senenſis.

Conſequenter ad prędicta, ſumpta quoq; occaſione ex iterata relatione mihi facta à fide dignis,

gnis, quod quidam ſcriptor, ſuæ cupiditati potius, quam rationi, vt par eſt inhærendo, nouiſſimè calamo impietatis arepto illoquè indiſcretæ affectionis humanę atramento intincto vſus ſit, vt obtenebraret valde dilucidam veritatẽ Stigmatum præſtanctiſſimæ Virginis Sanctæ Catharinæ Senenſis almi inſtituti S. Patris N. Dominici, verborum ſtrepitu (vt aiunt) ſolum impugnando, quæ vſq; modo de veritate Stigmatum eiuſdem Sanctæ Virginis piè, àc veraciter non ex ſe ipſis, ſed grauiſsimorũ præcibus ſæpè iteratis excitati quidam Religioſi viri cõſcripſere, ideò non ſolum vtile, ſed tãquã neceſſariũ vt nonnulli peritiſsimi viri perſuaſerũt, pro firmiori, maioriquè fundamento veritatis eorundem Stigmatum, hic fideliter, & ad extẽſum apponam decretum ſacræ Congregationis Rituum, benignè approbatum à Sanctiſsimo Domino noſtro Vrbano Papa VIII. ſequentis immediatè tenoris.

DECRETVM APPROBATIONIS Feſtiuitatis, ac Officij Sanctæ Catharinæ Virginis Senenſis Ordinis Sancti Dominici.

SVpradictas lectiones proprias pro Officio Sanctæ Catharinæ Virginis Senenſis ſub ritu ſemiduplici de mandato S. D. N. Vrbani VIII. die vltima Aprilis ab omnibus recitandas, & ab eodem Sanctiſsimo reuiſas, & recognitas, ſacra Rituum

Congregatio pro maiori fidelium commoditate, imprimi poſſe, licentiam dedit, & elargita eſt. Die 16. Februarij 1630.

Ioannes Baptiſta Card. Detus.

Locus † Sigilli.

F. Tegrimius S. Rituum Congregationis Secretarius.

Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ. 1630.

QVia verò nimis longum eſſet, ſingulas lectiones, de quibus in præcedenti decreto hic apponere, tranſcribam quintã tantum fideliter, vt iacet.

LECTIO V. EX APPROBATIS VT SVPRA.
Pro Officio S. Catharinæ Senenſis.

CVm Piſis immoraretur die Dominico, refecta cibo cęleſti, & in extaſim rapta, vidit Dominum crucifixum magno cum lumine aduenientem, & ex eius vulnerũ cicatricibus quinque radios ad quinque loca ſui corporis deſcendẽtes. Ideòquè myſterium aduertens, Dominum precata, ne cicatrices apparerent; continuò radij colorem ſanguineum mutuauerunt in ſplendidum, & in formam puræ lucis peruenerunt ad manus, pedes, & cor eius; ac tantus, dolor, quẽ ſen-

ſenſibiliter pati ebatur, vt niſi Deus minuiſſet, breui ſe crederet moriturã. Hanc itaq; gratiam amãtiſsimus Dominus noua gratia cumulauit, vt ſentiret dolorem, illapſa vì vulnerum, & cruenta ſigna nõ apparerent. Quod ita cõtigiſſe cum Dei famula, Confeſſario ſuo Raymundo retuliſſet, vt oculis etiam repreſentaretur, radios in Imaginibus Beatæ Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes, pia fidelium cura pictis coloribus expreſsit. Tu autem Domine.

Omittuntur autem quarta, & ſexta, non ſolum breuitatis cauſa, verùm etiam, quia lectiones cum oratione de eadem Virgine factæ ſunt communes toti Eccleſię, quę ex pręcepto Apoſtolico recitare tenetũr Officium in honorem S. Catharinæ Senenſis quolibet anno. Die 30. Aprilis.

Non fuit etiam inutilis relatio antecedentis Decreti de S. Catharina Senẽſi pro maiori dilucidatione eorum etiam, quæ paulò ante dicta ſunt de vſu, & conſuetudine Eccleſiæ Romanæ circa conceſsionem, quam in dies facit pro celebrandis feſtis, & recitandis diuinis Officijs in honorem Sanctorum, vel Beatorum.

Quam antiquã, laudabilemq; Eccleſiæ conſuetudinẽ, iterũ reſtituendã eſſe cuncti valdè exoptant, ac inſtanter petũt propter innumera bona, quæ ex illius rigoroſa obſeruantia oriuntur in honorem præſertim, & exaltationẽ Fidei Catholicæ, & cõmẽdationẽ magnitudinis negotij beatificationis, ſiue canonizationis famulorũ Dei.

PARS

PARS II.

ANIMADVERSIONIS Generalis.

DE QVALITATE TESTIVM, ATQVE Probationum in cauſa canonizationis Sanctorum.

AD exactam, perfectamq; intelligentiam prædictorũ, neceſſarium omninò erit ſcire, quod ad effectum beatificationis, vel canonizationis iuſtorum, non ſunt admittendæ qualeſcunque probationes, præſertim verò circa miracula canonizandorum, quæ ſunt media, quibus vtitur Eccleſia ad demonſtrandam virorum Dei ſanctitatem eximiam, ideò dicebat Auguſt. de Ancõna de poteſt. eccleſiaſtica q. 14. artic. 2. in corp. initiatur enim canonizatio Fidei Chriſti, *in quem Sãcti credentes per eos miracula fiũt*, quæ atteſtãtur eorum ſanctitatẽ, & hoc nõ ſolùm propter excellentiam facti beatificationis, vel canonizationis, verùm etiam, quia miracula, vt Theologi, & Canoniſtæ affirmant, directè nequeunt probari, ſed indirectè tantùm, eo quod ꝓbatio directa fiat per principia naturalia, cum autẽ miracula ſint præter ordinẽ totius naturæ creatæ, ideò directè non poſſunt demonſtrari. Ita tradit inter alios

Ar-

Archidiaconus c.nec mirum 26. quæſt. 5. Ioann. Andr. & Dominic.de Sãcto Georgio cap.1.de cõfeſſ. lib.6.& Caſtellan. de canonizat. Sanctor.

Ideò Iuriſtæ tradũt frequentiam miraculorum neceſſariam ad effectum beatificationis, vel canonizationis iuſtorum eſſe probandam per multos teſtes idoneos, valentes reddere rationem, & aſsignare cauſam ſuorum dictorum. Addentes eoſdẽ teſtes examinandos eſſe non ſolum ea diligentia maiori, qua ſolent teſtes in alijs cauſis grauioribus examinari, verùm etiam longe maiori: quod colligitur præſertim ex gloſa in cap. venerabili. de teſtib. & ratio illa eſt alias inſinuata, quia circa maiora, maius periculũ vertitur, ideò cautius agendum cap. vbi periculum ad exordium de elect. in 6.l.1.ff. de Carbo. edit.§. ſed & ſi quis c. quieſcamus 42. diſt.& cap.miramur 41.diſt. 27. quæſt.1. cap.40.quæ loca adducũtur ſigillatim à Caſtellan. de Sanct. canonizat. quæſt. 7. art. 2. Addens; eſt enim negotium canonizationis vnum de maioribus,quod inter Chriſtianos proponatur, quod probat auctoritate cap. 1. de reliq.& venerat.Sanct. in 6.ſubdens, & periculũ vertitur, ne aliqui vanis, falſisquè figmentis decipiantur argum. cap. 2. de reliq. & venerat. Sanctor.

Imò ſuperaddit, quod poſſunt teſtes in hoc negotio decipi ſicut dicimus, quod ſæpè manus fallitur, & oculus obſtetricum cap. *Cum cauſam de probat. et cap.et fraternitatis* adiũcta gloſa de frigid. & malefic, & *cap.nec aliqua* 27.q.1.

Mi-

Miracula enim, vt alibi dictum eſt ſuperius poſt tertium Corollarium titulo, *de multiplici miraculorum fine*; ex authoritate Sanctorum Patrũ, Theologorum,& Canoniſtarũ, præſertim Sancti Auguſtini, & D. Thomæ, maximè quolibeto 9. art. vlt. ſunt ſigna, quibus ordinariè, & regulariter Deus pandit Eccleſiæ militanti veram, certamq; eminentem ſanctitatem canonizandorum, ex quorum mirabilium, ſeu miraculorum legitima probatione magna ex parte pendet iudſciũ Eccleſiæ Catholicæ,& Apoſtolicæ de ſanctitate vitæ, & eximijs virtutibus famulorũ Dei, qui Sanctorum Catalogo indies conſcribendi ſunt. Quamobrem dicebat Auguſtinus de Ancona de poteſt. eccleſiaſt. quæſt. 15. art. 4. in reſponſione ad ſecundum argumentum. ſi aliquis homo cõprobatus fuerit in bonis operibus habuiſſe ſemper conſtãtiam, & ſupra modum humanum excellẽtiam: ſecundum præſentem iuſtitiam, poteſt in Sanctum canonizari, *adiuncta tamen atteſtatione miraculorum*. Ecce quomodo miracula ſunt neceſſaria, tamquam media ordinaria in Sanctorum canonizatione; nam vt docet idẽ Auguſtinus quæſt. 17. art. 4. ad calcem reſponſionis tertij argumenti. Multos etiam Sanctos, & Sanctas veneramur in Eccleſia, quos conſtat in vita æterna eſſe diuina reuelatione factas, aut ipſis Sãctis apparentibus, aut Angelis prædicantibus. Ideò ſemper addo regulariter, ſeu ordinariè.

& ad maiorem claritatẽ dictorum circa miracula,

quæ

quæ dicuntur, & verè ſunt media neceſſaria in cauſa, ſeù negotio canonizationis Iuſtorum, tradit idem *Auguſtinus vbi ſupra quæſt* 15. *art.* 4. *in reſponſione ad tertium argumentum*. Quod vitam alicuius poſſumus ſcire Deo eſſe gratam, & aceeptam per euidentiā miraculorum, & operum, quæ ſunt quædam atteſtationes ſecūdum quas homo iudicat per præſentem Iuſtitiam.

RATIO DILIGENTIÆ MIRACVLORVM Ad effectum Canonizationis.

HInc eſt, quod circa qualitatem, & probationem eorundem miraculorum magna cautela, ſummaquè diligentia procedēdum eſt, vt inde colligi poſſit: prout colligitur in actu canonizationis, præſuppoſito ſemper Spiritus Sancti inſtinctu, certa atteſtatio ſāctitatis canonizandorū, quemadmodum inter alios tradit egregiè *Dominicus Bannes ad* 2. 2. *Diui Thom. quæſt.* 1. *art.* 10. *dub.* 7. *in reſponſione ad primum argumentū*, vbi cū Diuo Thoma inquit. Quod Pontifex, cuius eſt canonizare ſanctos, poteſt certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionē vitæ, & atteſtationem miraculorum, & præcipuè per inſtinctum Spiritus ſancti

ꝯti, qui omnia ſcrutatur etiam profunda Dei. Hæc ille ſubdés, vbi aduerte, quod maior eſt certitudo Eccleſiæ de ſanctitate, & beatitudine Auguſtini, quàm fuerit iudicium Auguſtini in hac vita de ipſo, niſi forte ſpeciali reuelatione fuerit certus. *Quoniam Spiritus ſanctus aſſiſtit Eccleſiæ, ne in huiuſmodi iudicio erret, ſicut D. Thomas in prædicta ſolutione inſinuat.*

Hoc idem expreſſius, & clarius tradit idem Bannes, vbi ſupra immediatè in reſponſione ad ſecundum argumentum, dum inquit; quod quamuis Eccleſia vtatur humanis teſtimonijs, tamen non quibuslibet, sed multorum, & magnæ authoritatis Virorum, & inſuper vtitur miraculorum teſtimonio, quorum diſcretio, an ſint à Deo, vel à dæmone ad Eccleſiam pertinet, quæ inſtinctu Spiritus ſancti regitur. *Et ideò nulla* via fit credibile, quod in huiuſmodi iudicio erret. Multa enim sunt ſimilia, etiam in rebus humanis, quæ quamuis oculis non videamus, aut manibus palpemus: tamen nemo, niſi amens negare poteſt, etiam ſi humanis teſtimonijs certum habeatur; v. g. fuiſſe Titum, & Veſpaſianum, qui Ciuitatem Hieruſalem deſtruxerunt, aurũ naſci apud Indos, etiam qui hoc non vidimus, dubitare

bitare non poſſumus, tantum valet multorum hominum teſtimonium. Ergo ſuppoſita fide Catholica, qua credimus gloriam eſſe ſanctorum, qui Chriſti veſtigia ſecuti ſunt, qua etiam credimus in Summo Pontifice, & Eccleſia, auctoritatem eſſe ad Sanctos canonizādos, nemo niſi amens, aut hæreticus credendus eſt dubitare, an Sanctus canonizatus ſit in Cælo, cum huiuſmodi auctoritas canonizandi vtatur tot, tantiſque hominum fide digniſſimorum teſtimonijs, inſuper & miraculis. Meritò ergo qui de ipſo facto dubitat, in ſuſpitionem hæreſis venit, atque hæreſim ſapit.

Quibus addam animaduerſionem, quam facit idem author, vbi ſupra ante reſponſiones ad argumenta, §. *ſed dicit aliquis, verſ. verum*, dum ait. Verumtamen, quia proximis temporibus fuerunt hæretici, qui Eccleſiam in Sanctis canonizandis irrident, atque negant eius authoritatem, & infallibilitatem, propterea recentiores Theologi meritò decernūt, hæreſim ſapere Lutheranorum, aſſerere Eccleſiam in alicuius sācti canonizatione falſam fuiſſe, etiam ſi auctoritas canonizandi non negetur.

Quamobrem dicebat Auguſtinus de Ancona in ſumm. de poteſtate Eccleſiaſtica quæſt. 15

art. 4. requiri euidentiam miraculorũ (intellige præſertim poſt mortem) quia ſunt vera ſigna ſanctitatis virorum Dei.

Et *Caſtellanus de canonizat. ſanct. quæſt. 4. art. 1.* aſſerebat duo requiri copulatiuè ad Sanctorum canonizationem videlicet ſanctitatem vitæ, ac euidentem miraculorum patrationem, maximè poſt mortem.

Quæ opinio fundabatur in ſtilo, quem ſeruat Eccleſia Romana in Sanctor. canoniz. qui etſi de ſe vim legis habeat fundatur, & ipſe in hoc, quod eminens vitæ ſanctitas cum perſeuerantia vſq; ad mortem incluſiuè, nequit cognoſci ab hominibus, niſi per miracula à Deo facta ad declarandam vitæ ſanctitatem canonizãdorum.

Quod etiam aſſerunt conſequenter ſaltem multi *Canoniſtæ ad cap. Venerabili. de teſtibus.* præſertim *Bellamera num. 2. verſ. 4. nota. Butrius num. 2. Aretinus num. 1. Felinus pariter num. 1. verſic. vbi quod requiruntur.* aſſerens miracula non eſſe neceſſaria ad Beatitudinem, ſed quia non poteſt aliter cognoſci, (intellige alicuius beatitudo) niſi ex miraculis modo iã declaratis.

Idem dicit *Abb. nu. 1. & Innoc. in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct. Hoſtienſ. num. 5. Archid. in cap. vnico de reliq. & venerat. Sanct. in 6. nu. 5. Maluet. de canoniz. Sanct. dub. 3. nu. 1. & ſeq.*

ſeq. & nu. 73. Hoſtien. in ſum. de reliq. & venerat. Sanct. nu. 3. verſ. item querendum eſt. Silueſt. verb. canonizatio num. 1. quæſt. 2. verſ. inquiritur. Tabiena eod. verbo num. 1. Angelica num. 1. & Caſſan. in catalag. gloriæ Mundi parte 3. conſid. 50. Et videtur expreſſum in ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 6. DD. Auditores Rotæ in relatione canonizationis B Thomæ de Villanoua poſt proemiũ verſ. quod autem. In illa Beati Aloyſij Gonzagæ in proemio ad finem. In illa Beati Paſcalis Baylon tit. de miraculis ad initium. In illa San. Hyacinti tit. de fide, ac in alijs. Innocẽtius III. in diplomate canonizationis S. Homoboni. Pãuinus in relat. S. Bonauenturæ parte prima ar. 8. & 9.

Immò requiritur multitudo miraculorum ex *Archidian. cap. vel mirum 26. quæſt. 5. num. 7. verſ. & nota. ſecundum Vincentium Bellam. ibid. num. 4. Maluet. de canonizat. dub. 3. num. 60. verſ. numquid. Maſcard. de probat. concluſ. 262. num. 45. & alij.*

Licet aliqui addant non requiri multitudinem miraculorum neceſſariò, ſed tantum duo, vel tria legitimè, ac ſufficienter probata, multitudo autem exigatur ad tutius procedendum. *DD. Auditores Sacræ Romanæ Rotæ in relatione S. Andreę Corſini parte 2. dub. 10.*

DE

DE QVALITATE EXAMINIS in Sanctorum Canonizatione.

HInc eſt, quod maior pars Theologorum, & Canoniſtarum docet, examen teſtium ad effectũ canonizationis, non eſſe committendũ Notario tantum, vel alteri perſonæ, ſed eſſe immediatè explendũ per conſultiſſimos, atque probatiſſimos viros Iudices ad hoc delegatos per ſanctam Sedem Apoſtolicam. Ideo *Maſcardus de probat. concluſ. 262. num. 39. & ſeqq.* ait, quod teſtes diligentiſſimè examinandi ſunt in re tãti momenti, qualis eſt cauſa beatificationis, ſeù canonizationis famulorum Dei.

Animaduertunt quoque, & optimè quod ſi vnus teſtis deponat de vno miraculo, alius verò de alio miraculo, illorum probatio non admittitur tanquam ſufficiens, præſertim in maximo canonizationis negotio. Et ratio eſt quam communiter aſſignant Iuriſtæ, quia quęlibet prædictorum teſtiũ probatio tendit non ad vnum, & ad idem, ſed ad diuerſa, vt tradit inter alios *Alexander conſil. 100. num. 5. verſ. 2. lib. 1. Gabriel. de teſtibus concluſ. 2. nu. 2a. lib. 2. Martinus Laudenſis de Canoniz. Sanctor. verſ. rurſus, & verſ. Vincentius. Archidiac. in cap. nec mirũ num. 26. quæſt. 5.* Adˍ

dens

dens quia ſunt in ſuo dicto ſingulares, & *Molfeſ. conſil.* 46. *num.* 63. *&* 70.

Non tamen negandum eſt quin multum operetur ad miraculi probationem atteſtatio, ſiuè conſtans aſſertio ipſiuſmet verè Sancti, qui fecit miracula, vt habetur pręſertim ex relatione canonizationis Beati Thomę de Villanoua Ord. Heremitarum S. Patris Auguſtini poſt titulum de fide; Et in illa Beati Paſchalis Bailon tit. de fide. In quibus ſapientiſſimi Patres Sacrę Rotę Romanę Auditores permoti illius Sacrę Scripturę, quę credidit Iudit de ſe referenti, quę in Holofernis cubiculo fecerat id affirmãt, quod ſupra immediatè, innixi etiam illi, quod refertur in Cõcilio Niceno 2. act. 4. quod adducit *Cardinalis Baronius in annalibus tom.* 7. *ad annum Domini* 525. quod ſcilicet adhibita fuerit fides hiſtoriæ Sãctæ Mariæ Ægyptiacæ, quam ſcripſerat Paulus Diaconus, narrans multa, quæ ex ſola relatione eiuſdem Sanctæ Mulieris acceperat.

Et id generis multa approbata per Eccleſiá reperiuntur tanquam certa, & indubitata, narrata in Bullis canonizationum diuerſorum Sãctorum, præſertim Sanctæ Catharinę Senenſis, & Sãctæ Franciſcæ Romanæ, quę dum ad huc inter nos viuerent, ipſęmet

ſanctæ Mulieres tanquam vera, & certa, nacta opportunitate, ſuis Confeſſoribus patefecerunt, etſi miracula earundem Sanctitatem manifeſtantia.

DE REDDITIONE CAVSÆ Dictorum teſtium examinatorum in cauſa Canonizationis.

QVāuis enim *Malуet. de Canoniz. Sanct. lib 3 num. 67.* dicat, teſtem tunc ſolum teneri reddere rationem, vel aſſignare cauſam ſui dicti, quando ſpecialiter eſt interrogatus ſuper hoc, & non aliter, quod etiam dirigit in particulari ad teſtes examinatos in cauſa canonizationis Iuſtorũ; nihilominus ſententia ferè communis Iuriſtarum, quod in tranſcendentibus naturam, quemadmodũ in miraculis: teſti non creditur, niſi reddat rationem, etiam non interrogatus ſuper hoc ſpecialiter illius, quod deponit. ita tradit *Maſcardus de probat. concl. 262. num. 39. & ſeqq. & Caſtellan. de ſanct. Canonizat. quæſt. 7. ar. 2 num. 7. §. adde etiam* pro qua ſententia citat *Bald. C. de teſt. colum. 40. cap. Venerabili de teſt. & cap. cum cauſam pariter de teſt. adiuncta l. ſolam, §. cum ſolam, 3. quæſt. 4.* Alij etiam ad idem citant

Are-

Aret. eod. c. Venerabili de teſt. nu. 3. §. & ſciat.

Quod etiam colligunt ex illo *Innocentij cap. cum cauſam de teſt. circa medium*, dicentis ſi teſtis deponat de eo, quod ſenſu corporis percipi non poteſt, eius dicto non creditur, niſi cauſam aſſignet etiam ſi de ea non fuerit interrogatus, quam ſententiã in ordine ad canonizationẽ tenet *Caſtell. vbi ſupra quæſt. 7. art. 2. §. contrarium puto*.

Immò addunt aliqui cauſam aſſignandam à teſte examinato eſſe debere diuerſam à dicto ſeù depoſitione prædicti teſtis; fundantes ſuã intentionem ſuper illis traditis à *Bartol. in l. fin. de offic. Procurat. & in l. qui interrogatus ff. de petit. hære.* ſuperaddentes, quod teſtes non reddentes cauſam ſufficientem ſui dicti, nequaquam probant *l. ſolam, C. de teſtib & latè Caſtell. vbi ſupra quæſt 7. art. 5.*

Ex quibus concordari poſſunt dicta Iuriſtarum, quæ inter ſe videntur habere aliqualem contradictionem dum aliqui affirmant, quod teſtis examinatus non tenetur reddere rationem ſui dicti niſi ſuper hoc fuerit ſpecialiter interrogatus; alij verò conſtanter affirmant, quod in re graui debet reddere rationem, & cauſam ſui dicti, etiam non interrogatus; nam primũ dictum poteſt habere veritatem quando agitur de re, quæ ſenſu corporali perci-

pitur: ſecundum verò ſuam habet veritatem, quoties agitur de re excedente facultatẽ naturæ, prout euenit in miraculis.

RESPONSIONES AD OBIECTIONES ſtatim proponendas contra aliqua ex iam immediatè adductis.

AD id autem, quod aliqui obijciunt dicentes, ad probationem miraculorũ ſufficere dictum vnius teſtis tantùm, pro qua opinione citant *Caſſaneum de gloria mundi, Gabrielem de teſtib. & alios*, addentes id colligi ex relationibus canonizationis quorundam Sanctorum, editis per prçſtantiſſimos Patres Sacræ Rotæ Romanę Auditores.

Breuiter reſpondetur, ꝙ ſimpliciter, & abſolutè ac vniuerſaliter id negandum eſt, quamuis illud veritatem habere poſſit limitatè, & coarctatè in aliquo caſu videlicet ſpeciali quãdo agitur de probatione miraculi, quod de ſe nullam omninò admittit probationem, niſi vnius teſtis ſingularis tantùm; qui teſtis in tali caſu debet eſſe non homo vulgaris, ſed fide dignus, ſpectabilis vitæ, & cõditionis longior ab omni ſuſpétione

tione fallendi, aliàs nō probaret in ordine, & ad effectum canonizationis Sanctorum, cuiuſmodi ſunt reuelationes, & apparitiones factæ famulis, vel famulabus Dei, nullo alio præſente.

Ita dixit *Rota Romana in relatione canonizationis Sanctæ Thereſæ, & pariter in illa Beati Petri de Alcantara par. 2. tit. de aliquibus apparitionibus.*

Inter quos caſus ſpeciales, connumerari poteſt ille, quando aliquis optimè qualificatus aſſerit meritis, & interceſſione huius, vel alterius Sācti eueniſſe hoc, vel illud miraculum, dummodo tamē prius conſtet de veritate aſſerti miraculi. Ità colligunt nonnulli ex doctrin. *Caſtren. con. 331. num. 3. in fin. par. 1. & Aym. conſ. 178. num. 7. ex Rota Romana in relat. Sancti Raymundi p. 2. art. 8. in illa Sanctæ Franciſcæ Romanæ par. 3. miraculo 8. & in illa Sancti Ignatij in 3. miraculo.*

Ad illud quoq; ꝙ aliqui aſſerunt, videlicet vt miracula poſſint probari etiam à non præſentibus. Reſpondendum eſt, vniuerſaliter eſſe falſum, hocq; dictum ſuam veritatem habet tantum in aliquibus caſibus ſpecialiter qualificatis, vt quando factum dignoſcitur miraculoſum ex diligenti, & accurata inſpectione qualitatū & circumſtantiarum facta à peritis boni nominis, & optimę fa-

mę, virtute cuius multiplicis inſpectionis, atquè conſiderationis adiunctis etiam rationibus ab eiſdem propoſitis, euidenter concludentibus tale factũ eſſe verè miraculoſum & omninò excedens totam naturæ facultatem, vt habetur *in relatione Beati Andreæ Auellini in 5. miraculo. in illa Sancti Ignatij pariter in 6. miraculo; ac in illis Sanctæ Franciſcæ, & Sancti Caroli, & Beati Thomæ de Villanoua tit. de miraculis.*

PARS III.

ANIMADVERSIONIS GENERALIS.

EX immediatè copioſè adductis, inferuntur propoſitiones, quæ ſequuntur quarum veritas, ſimulquè claritas cum pendeat ex intelligentia eorum, quæ in priori parte huius animaduerſionis relata fuere, atq; demonſtrata, ideò non erit multum elaborandum circa probationem illarum.

PRIMA PROPOSITIO.

SI conſideremus, quod in magno, arduoquè negotio canonizationis Sanctorum agitur de intereſſe fidei, ac totius corporis miſtici Eccleſiæ Militantis: in re tanti momenti, nequaquam vt ſufficiens admittenda erit ſola probatio per publicam vocem, & famam, originem aliquando habentem ab illismet, qui non modicum intereſſe humanum habere dicuntur in cauſa canonizationis, de qua agitur, quam etiam nimis affectant, vt colligitur ex traditis in *titulo de reliq. & venerat. Sanctorum*.

Ideò Canoniſtę, atq; Theologi limitatè loquẽdo de qualitate famæ, quę ſufficit ad procedendũ in

in perdifficili cauſa canonizationis Sanctorum, dicunt, & rectè quidem, nõ eſſe admittendam ad effectum canonizationis, quamcunq; , ſeù qualecunq; famam indifferenter, præſertim verò illam, quæ ortum habet ex populo, ſeù ex turba, ſed illam tantùm, quæ ex teſtimonio maiorũ, qui ſint ſanioris iudicij.

Quapropter *Auguſtinus de Ancona de poteſtat. Eccleſ. quæſt. 15. atr. 3. in reſponſione ad primũ argumentum* loquendo de fama ſanctitatis alicuius, dicit; quod in fama non eſt credendum tantum populo, & Turbæ, verùm etiã requirendum eſt teſtimonium maiorum, qui etſi pauciores ſint numero, ſunt tamen ſanioris conſilij, & verioris iudicij, pro qua ſententia citat *gloſam, & alios auctores*.

DE FAMA QVANDO PROBET; & quando non ſufficiat.

QVa occaſione breuiter referã duo puncta circa famam, quando videlicet in re graui probet, quando verò non probet, ambo collecta ex placitis Iuriſtarum.

Fama, quæ non habet certos authores, aut cauſas, ſeù rationes probabiles, etiamſi ſit totius populi, dicitur vana vox populi, & rumor

rumor in populo, nec probat, nec debet attendi. *Bald.conſ.295. num.2.vol.1. Corn. cōſil. 74. num. 3. lib. 1. & conſ. 130. numer. 6. lib. 4. facit cap. cum in iuuentute de purg. Can. ibi ſcientes, quod dictum vnius facile ſequitur multitudo*. ita accipiendum videtur dictum illud, quod populus non eſt ſequendus, ſed docendus. *cap. Oſius de de elect. cum ibi not*. vnde vanæ voces populi non ſunt audiendæ. *l decurionum filij, C. de pœnis*, quia ſæpè aut noxium abſolui, aut innocentē condēnari deſiderat, *d. l. decurion.*

Fama, quæ ortum duxit ab aliquibus peſonis, quæ intereſſe habent pro commodo, & vtilitate propria in negotio de quo agitur, quæ vocē hanc ſparſerunt, ad effectum, vt deinde poſſent ſuam intentionem probare, nedū attendi non debet, ſed ſi cedat in damnum alterius punibilis quoq; cēſetur. *Crauett. cōſ. 41. per tot*. Fama vt probet eſſe debet originaria à perſonis fide dignis, honeſtis, grauibus, quę intereſſe non habeant in negotio, de quo agitur, & debet apparere à qua cauſa ortum habuerit, *capit. lucet ex quadam de teſtib. ibi*, non ab infamibus, & ſuſpectis, ſed à fide dignis, cum ſatis videatur abſurdum illos admitti, quorum repellerentur authores, *cap. in cunctis 11. quæſt. 3. cap. qualiter, & quando, verſ. ex quibus de accuſat.*

ſat. ibi, non quidem à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis, & & honeſtis Viris.

Fama itàq; vt probet debet eſſe ſolida, inconcuſſa, excellens, non vaga, non leuis, non contraria *Bald. conſil.* 77. *num.* 6. *lib.* 3. Fama per ſe regulariter non facit probationem *cap. ſi teſtis,* §. *ſæpè etiam, & ibi gloſ. in ver. fama* 4. *quæſt.* 3. *Card. Abb. in ſuis lucubrationibus ad Bart. in l.* 3. *eiuſdem, num.* 3. *de teſtib.* quod maximè procedit, vbi agitur de re graui, ac magni præiudicij, *Feli. in c. cum contingat nu.* 1. *verſ. & dicit Bald. de reſcript.*

Fama non probatur per teſtes ſingulares, quorum vnus dicit de vna parte Ciuitatis, alius de alia parte, *Bald. in l. prima. C. de teſtib.* Fama eliſa per probationem famæ contrariæ attendi non debet. *Abb. in cap. cum in ſua de ſponſ. num.* 2. *per illũ tex & videnda ibi gloſ.* Probatio per famam maior eſt, quàm vnius teſtis dictum. *Card. in Clem.* 2. §. *quæſt.* 2. *de hæret.* Fama vna tollit aliam ſi ſint in eodem loco. *Bald. in cap.* 1. §. *notandum in titul. qui feud. da. poſſ.*

Fama affirmatiua poteſt infringi per negatiuã probatam per plures teſtes, vel digniores, alioquin habetur hinc inde pro nulla; *Bald. in l.* 1. *quæſt.* 5. *C. de teſtam.* Fama Villæ non ſufficit, ſi in Villa ſint pauciſſimi homines, veluti duo, aut tres. *Innocent.*

nocent. in cap. ſignificaſti de accuſat. Rumor, qui eſt inſtantaneus clamor, minus probat, quàm fama. *Bald. in rub. C. de probat.* fama, quæ poſt proceſſum inchoatum ortum duxit. non attenditur. *Verall. deciſ. 413. part. 2.* Fama non attenditur, ſi veritas ſit in contrariũ probata, *Bar. conſ. 111. col. 1.*

Fama non probat, niſi circa res veras, aut veritati proximas. *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſ. 89.* Fama non frequens eſt infirmæ virtutis. *Marſi. in l. quæſtionis num. 47. d. quæſtion.* Fama incerti temporis non probat, præſertim quando in cõtrarium fuerit probata fama certi temporis. *Ruin. conſil. 13. num. 15. lib. 4. & alij.*

SECVNDA PROPOSITIO.

NOn videtur admittenda tamquam ſufficiens in cauſa canonizationis probatio illa, quæ tantũ fulcitur teſtimonio quidem multorum, non tamen conteſtium, cũ verſemur in re maximi momenti, ex qua oritur regulariter magnum intereſſe fidei, & totius Eccleſiæ Catholicæ, vt latè ſæpè dictum eſt in præcedentibus.

TERTIA PROPOSITIO.

NEque pariter illa propoſitio ad effectum vt ſupra cenſenda erit ſuficiens quæ fundatur in dicto vnius tantùm teſtis de viſu, aliorum verò de auditu alieno.

QVARTA PROPOSITIO.

PAriter nec validũ, neque ſufficiẽs erit teſtimonium (ad effectum beatificationis, vel canonizationis famulorum Dei) quãuis multiplex ſimplicium, & ignorantiũ hominum, præſertim verò fæminarum, ac muliercularum.

Hoc enim genus hominum (vt duce experientia) cunctis patet, facillimè allucinatur di udicando, & appellando frequenter miracula illa facta, quę tantum mira, & rarò fiunt, quamuis, vì, & potentia, naturali producantur. Imò aliquando difficilia non ſimpliciter, ſed apud tale genus hominum pro miraculis habentur, & vt talia enunciantur, confundentes ſæpè, nè dicam ferè ſemper mira ſimpliciter, cũ verè miraculis; cum conditiones, & ſubtilitates requiſitæ ad vera miracula ſint huic generi hominum prorſus ignotæ.

Addo, quod conſimile genus hominum, etſi valde

de trepidet circa veritatem alicuius facti, vel factorum, de quibus interrogantur permoti, ne dicam aliquando excęcati quadam apparenti pietate, credentes ſe obſequium præſtare Deo, aſſertiuè deponunt, quod nõ eſt apud illos, vel illas ita certum, ſed potius dubium, de quibus dicebat, *Dauid pſal. 91.* *Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc*. Ideò paſſim Iuriſtæ dicũt, & rectè, Teſtes in re graui deponentes, debere carere omni impedimento canonico, omniq; debere eſſe exceptione maiores, quæ conditiones frequenter non reperiuntur in conſimili genere perſonarum.

RESPONSIO AD OBIECTIONEM contra prædicta.

NON deſunt, qui contra immediatè adducta inſurgentes, obijciant, aliquando videlicet admiſſa, & approbata fuiſſe teſtimonia etiam ſimplicium hominum & fæminarum, ſeù eorum, qui deponebant de auditu alieno, vel de publica voce, & fama ad effectum canonizationis quorundam Sanctorum.

Quorum obiectioni mira facilitate, Reſpõdetur dicendo aſſertum in obiectione non eſſe ſimpliciter, & abſolu-

tè verum,ſed adiunctis limitationibus de quibus immediatè,ſcilicet quod id non euenit circa omnia,miracula ad effectum canonizationis ordinata: ſed quia aliunde euidenter conſtabat, de eximia vita,& ſanctitate, deq; egregiis miraculis famulorum Dei canonizandorum, quæ ritè probata ſecundum formam, atq; regulam ſacrorum canonum de ſe ſufficientia,erant ad vlterius procedendum in cauſa canonizationis, de qua agebatur. Ideò cõſimiles ꝓbationes, de quibus in obiectione non principaliter, ſed acceſſoriè, & tamquam adminiculantes admiſſæ fuere, quomodo non negatur, quin etiam in poſterum admitti poſſint, præſuppoſitis ſemper validioribus, firmioribusq; probationibus, de quibus paulò ante dictum eſt.

Ad claudenda itaq; diabolica ora obloquentium contra Sanctorũ canonizatorum venerationem, & veritati miraculorũ detrahentium, omnis,& quicũque moderatus rigor in negotio beatificationis, vel Canonizationis ſanctorum adhibitus, meritò à prudentibus, & doctis Viris ſumma pietas appellatur, & in veritate ita eſt, & ſemper cedit in obſequium Chriſti, in exaltationem ſanctæ fidei Catholicæ, & in maximã fideliũ vtilitatẽ,vt ex copiosè adductis liquidò demõſtratũ.

SVM-

SVMMA ADDITAMENTI.

1 *DEmonſtratur identitas poteſtati canonizandi, atq; beatificandi ſamulos Dei, qui extiterunt excellentis ſanctitatis.*

2 *Oſtenditur multis argumentis quomodò in ſolo Pontifice Romano reſideat poteſtas Iuſtos beatificandi.*

3 *Explicatur, qua auctoritate, & quomodo Epiſcopi antiquitus ſanctos canonizabant.*

4 *Declaratur quanta certitudine tenendum ſit reperiri in Pontifice Romano poteſtatem, iuſtos beatificandi.*

5 *Panditur, quomodo Pontifex Romanus non poſſit errare in beatificatione ſamulorum Dei.*

6 *Declaratur quomodo etiam Martyres honorē beatificationis habeant ante canonizationem.*

7 *Referuntur aliqua decreta recenter edita circa Sanctorum canonizationem, & cultum publicum additis quibuſdam ſpectantibus ad veritatem ſtigmatum S. Chatharinæ Senenſis.*

ADDITAMENTVM,

In duas Sectiones diuiſum.

IN præcedenti enim tractatu, & pariter in animaduerſione generali omiſſa ſunt aliqua non ſolùm valdè vtile, verum etiam multum neceſſaria pro exa-

cta

Et, dilucidatione quamplurium eorum, quæ in prædicto tractatu, & animaduerſione proponuntur, atq; demonſtrantur, quæ in Sectionibus huius additamenti, referuntur.

SECTIO PRIMA.

1 INter illa neceſſariò addenda, ad effectum vt ſupra immediatè inſinuatũ multa ſunt animaduertenda, præſertim circa deſcriptionem beatificationis, & differẽtias canonizationis, ac eiusdem beatificationis famulorum Dei, de quibus in præludio præcedentis tractatus diſſerui quorum præcipuũ illud erit, quod beatificatio, quæ dicitur canonizatio ſecundum quid, ſeù vt alibi declaratum eſt, appellatur canonizatio particularis, quia conceditur ſecretò, hoc eſt abſq; ſolemnitate, (cũ ſit forma beatificationis nõ pronunciatiua, neq; declaratiua, vt in canonizatione, ſed indultiua tantùm, ſeù conceſſiua) conuenit cum canonizatione in eadem poteſtate, cum vtraq; dependeat à ſola poteſtate ſummi Põtificis Romani, ad quẽ ſpectat, priuatiuè, quoad alios, ſanctos canonizare, iuſtoſq;, ſeruatis ſeruandis, beatos declarare.

Vſus enim, & conſuetudo Eccleſiæ (ex qua deſumitur argumentũ ef-

efficax, vt latè demonſtraui ad primam aſſertionem *num.* 5 *tit. de efficacia vſus, & conſuetudinis Eccleſiæ*) euidenter demonſtrat, q in ſummo Pontifice reperiatur poteſtas, præmiſſis præmittendis, iuſtos beatificandi.

2 Hoc idem, ſuadet argumentum, quod logici vocant à fortiori, ſiuè à minori ad maius: In illis enim quę ſunt eiuſdem generis, vel rationis, qui poteſt id quod eſt maius pōt id quoq; quod eſt minus; ſed certum eſt apud omnes (quemadmodùm copioſè demonſtraui validiſſimis argumentis in meo elucidario Theclogico de certitudine gloriæ ſanctorum canonizatorum, præſertim cap. 1. & 2.) quod ad ſolum Pontificem Rom. pertinet canonizare ſāctos: Ità docent Thelogi *ad* 2. 2. *D. Thom. quæſt.* 1. *art.* 10. Ita quoque tradunt *Canoniſtæ cap.* 1. *&* 2. *de reliq. & venerat. Sanct. præſertim Innocent. ad cap.* 1. *prædict. num.* 2. *Hoſtienſ. num.* 7. *Ioan. Andr. num.* 5. *& gloſſ. verbo Sedis Apoſtolicæ, ad dictum c.* 2. *Gemin nu.* 11. *Card. Turrecremat. cap.* 1. *de conſecrat. diſt.* 3. *Troyl. Maluit. de canonizat. Sanctor. dub.* 2. *Iacob. Caſtellan pariter de ſanctorum canonizat. quæſt.* 3. *et alij*, quos adduxi in meo elucidario vbi ſupra immediatè.

SOLVTIO ARGVMENTI Contra prædicta.

3 ET ad argumentum, quo dicũt Epiſcopos antiquitus beatificaſſe, atq; canonizaſſe verè iuſtos, & ſanctos, quorum canonizatio, ſeù beatificatio remanet ad huc in ſuo robore. Reſpondetur id factũ fuiſſe non eorum propria auctoritate, ſed facultate ſpeciali illis tradita à Summo Pontifice Romano, qua mediante, præmiſſis præmittendis, canonizarunt, Epiſcopi aliquos ſanctos, non tamen abſolutè, & vniuerſaliter pro tota Eccleſia, ſed ſinguli pro ſuis diœceſibus tãtum, quàm auctoritatem minime habuerunt de iure, ſeù ex, traditione Apoſtolorum, vt quidam abſq; vllo fundamento rationis affirmant, ſed illis collata fuit non abſolutè, & ſimpliciter, ſed ad libitum Summorũ Pontificum Romanorum, quam iuſtis de cauſis reuocarunt, vt præſertim conſtat ex diſpoſitione *tex. cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct.* *quod caput primo edidit Alexander Papa iii. qui præfuit Eccleſiæ Sanctæ Dei anno Domini* 1160 *quam, reuocationem cõfirmauit Inno. Papa iii. vt clarè patet in tex. c. 2. de reliq. & venerat. Sanctor.* ſuppoſita itaq; poteſtate canonizandi in Pontifice Romano abſo

abſolutè, & ſimpliciter neceſſaria conſequentia deducitur poteſtas beatificandi in eodem, quæ profectò ſub poteſtate canonizandi, continetur; atq; eadē eſt ſaltem ſecudũ identitatem generis.

Quibus fauet argumentum, quod deſumitur ex eodem *tex cap.* 1. & 2. *de reliq. & venerat. Sanct.* qui continent ſtatutum, ſeù declarationem, vt nullus quantumcunque reputatus iuſtus, & ſanctus, poſſit cultu publico, ſeù publica veneratione gaudere, abſq; ſpeciali facultate Summi Pontificis Romani; cum autem certum ſit (præſertim ex latè adductis in præludio *tit. deſcriptio beatificationis iuſtorum*) beatificationem ſignificare conceſſionem Pontificis Romani, vt aliquis poſſit appellari beatus vtq; in certa prouincia, aut religione, ſeù Regno valeat certo tempore, & determinato die feſtum cum Officio, & Miſſa in honorem illius celebrari. Igitur cuncta remanent ſufficienter elucidata, ſimulquè ſtabilita de ampliſſima facultate Pontif. Romani iuſtos beatificandi:-

P DE

DE QVALITATE CERTITVDINIS poteſtatis Beatificandi.

4. SVpereſt nihilominus explicare quali, quantauè certitudine tenendum ſit hanc poteſtatem beatificandi famulos Dei eſſe in Pontifice Romano, quod facillimè explicatur duobus prę ſuppoſitis.

Primum videlicet, quod vna, & eadem eſt ſaltem ſecundùm genus nè verius dicam etiam ſecundum ſpeciem, (quemadmodum oſtẽdi paulò ante. §. *hoc idem*) poteſtas, ſiuè facultas ſanctos canonizandi, & iuſtos beatificandi, de quo aſſerto nullus dubitat.

Secundum. de fide, eſt, & certitudine fidei tenendum, atque credendum eſt reperiri in Summo Pontifice Romano poteſtatem ſanctos canonizandi: cuius veritatis certitudinem tradunt *Theologi ad* 2. 2. *Diui Thomæ quæſt.* 1. *art.* 10. quod etiam confirmant multis, & validioribus argumentis, præſertim verò *Dominicus Bannes vbi ſupra dub.* 7. *concluſ.* 1. cuius verba ſunt. *Hæreticum eſt negare nõ eſſe auctoritatem in Eccleſia, & Pontifice ad canonizandos ſanctos.*

Quam concluſionem proponit, atque demonſtrat contra Vuicleff. & Luterum multis medijs euidenter concludentibus, præſertim

verè ex traditione perpetua, & vſu Eccleſiæ Catholicæ, & pariter ex communi conſenſu, omnium Conciliorum, & Sanctorum Patrum à principio naſcentis Eccleſiæ, quibus addi debet vnanimis conſenſus cunctorum Theologorum, atque Canoniſtarum.

Formaliter itaque explicando, quæ, qualis, & quanta ſit certitudo poteſtatis famulos Dei beatificandi, quæ in Summo Pontifice Romano reſeruatur, dicere cogor, quod ſit eadem cum certitudine poteſtatis, Sanctos canonizandi, & quemadmodum illa eſt de fide, ita quoq; & iſta cenſenda erit certitudo fidei.

5 Et vlterius procedendo proportionaliter, ſimiliter dicam, quod quemadmodum Pontifex Romanus nequit errare in Sanctorum canonizatione, etſi nō ferat iudicium, vel declarationem propriè, & formaliter fruitionis actualis gloriæ hominis beatificati, ita quoq; nec in beatificatione Iuſtorum errare poterit: nam Summus Pontifex ex fideli relatione ſibi ſecretò facta de reſultantibus ex proceſſibus auctoritate Apoſtolica iam conditis, ſuper ſanctitate, vitæ, & miraculis beaficandi, ſæpius ritè, rectè, ac maturè examinatis, & approbatis, procedit ad beatificationem, quæ conceditur donec effectualiter beatus in numerum

Sanctorum vltimo iudicio Eccleſiæ referatur; quam ſententiam, atq; declarationem, ſeruatis prius omnibus de iure, & ſecundum conſuetudinem ſeruandis, fert publicè ex Cathedra Summus Pontifex Romanus in actu ſolemnis canonizationis.

Quod totum conſequenter ſaltim deducitur ex communi cõſenſu omnium Theologorum, præſertim verò ſancti *Thomæ quodlibeto 9. ar. vlt. Bannes, Aragon. Valent. Turriani, & aliorum ad 2.2. D. Tho. quæſt. 1. art. 10. Card. Bellarm. lib. 1. de Beatificat. Sanct. c. 9. Card. Caiet. tit. de Indulg. c. 8. Auguſtini de Ancona de poteſt. Eccleſia. quæſt. 14. art. 3. & Summiſtarum verb. ſeù tit. canonizatio, & etiam Canoniſtarum cap. 1. & 2. de reliq. & venerat. Sanct.* docentium, papã non errare in Sanctorum canonizatione.

Hinc eſt, ꝙ aliqui moderni inter quos vnus eſt *Luſius Turrianus Societatis Ieſu Theologus in ſuis diſputationibus ad 2. 2. D. Thom. ad art. 10. prioris quæſtionis diſput. 17. dub. 5. §. rurſus beatificatio, inhærendo doctrinæ D. Thomæ quodlib. 9. artic. vlt.* inquit: *beatificatio, ſeù canonizatio particularis non fit ſine præuio examine (* vt dixi*) ſanctitatis, & miraculorum beatificandi: Ergo in re tanti momẽti dirigitur Pontifex ab Spiritu Sancto, vt non erret, ſicut Sanctus Thomas loco citato dixit de*

ca-

canonizatione. Inſuper & §. ex his verò addit. Ex his verò reſpondetur argumento in principio facto contra communem doctrinam, cui in ſimili de canonizatione ſatiſfecit iā olim S. Thomas loco allegato explicās per quid certificetur Pontifex de ſanctitate hominis defuncti. Et quamuis rationibus humanis ſecūdum ſe poſſet ſubeſſe falſum tamen cùm ex illis mouetur prudenter Pontifex ad canonizandum, vel beatificandum, non errabit propter aſſiſtentiā peculiarē Spiritusſancti in rebus, quæ pertinēt ad religionem, & mores.

6 Ex quibus reſponderi poteſt percunctantib⁹ qua certitudine credēdum ſit Pontificem Romanum non poſſe errare in famulorum Dei beatificatione? Dicendū iuxtà illa à me copiosè tradita, & argumentis ex ſacra Scriptura, ex auctoritate Conciliorum, ex placitis Sūmorum Pontific. & Theolog. atq; Canoniſt. copiosè desūptis vt patet in toto *c. 5. mei Elucidarij Theologici de certitudine gloriæ Sanct. præſertim verò ad 5. cōcluſ. prædicti cap.* Quod eadem certitudine proportionaliter, videlicet fidei credendum, atq; tenendum eſt Papam non poſſe errare in beatificatione iuſtorum, quemadmodum nec in canonizatione ſanctorum. In qua ſententia non ſum ſolus, ſed mecum habeo alios Theologos, vt teſtatur inter alios *Turrianus vbi ſupra dub. 6. §. tertia opinio*

Quis

Qui probant veritatem huius aſſerti de beatificatione, quia aliàs ex errore vtriuſq; videlicet beatificationis, & canonizationis in cultu publico, & oblatione precum defraudarentur fideles, quod nõ eſt admittendum, cum in beatificatione ſemper procedat Eccleſia præuio maturo examine ſanctitatis vitæ, & miraculorum beatificandi, cui cultus publicus exibendus eſt.

SOLVTIO ARGVMENTI.

ET, ad Argumentum eorum, qui dicunt poſt beatificationem, exigi nouas diligentias antequam deueniatur ad actum canonizationis eiuſdem beatificati, adiunctis orationibus ſecretis, & publicis, ac etiam ieiuniis, & eleemoſinis: Reſpondetur quod hæc omnia indicant maiorem, vel minorem probabilitatem ac etiam per conſequẽs maiorem certitudinẽ, quæ tamen non tollit penitus genus certitudinis, eò quod magis, & minus non variãt ſpeciem, & multo minus genus in eodem actu.

Addentes, quod diligentiæ, ideò fiunt poſt beatificationem ad effectũ ſolemnis canonizationis, vt iuxtà antiquam, & laudabilem Eccle-

ſiæ

ſiæ conſuetudinem, nullus toti Eccleſiæ ab omnibus colendus vt ſanctus ſub præcepto proponatur, niſi ſeruatis integrè, & in rigore omnibus, & ſingulis, quæ ſecundum regulas, & canones omninò ſeruari debent in re tàm graui qualis eſt Sanctorum canonizatio.

Fundamentũ etiam huius opinionis ſunt miracula diligenter examinata ſufficientia, pandere à poſteriori ſaltem veram ſanctitatem beatificandi cum ſint à Deo facta ad declarandam, confirmandamquè ſanctitatem, & gloriam iuſti beatificandi, quorum diligens examen præcedat actum beatificationis.

OPINIO MAGIS PROBABILIS.
de certitudine poteſtat. beatificandi.

FAteor nihilominus, quod quamuis hęc opinio in rigore tamquam probabilis ſuſtineri poſſit, verior tamen cenſenda eſt illa ferè communis, quod non ſit certum omninò de fide Pontificem non errare in beatificatione famulorum Dei; quamuis ſit temerarium, ſcandaloſum, & impium affirmare pertinaciter Pontificem Romanum poſſe errare in beatificatione ſanctorum.

Hoc enim eſſet ſentire contra communem ſenſum non ſolum Doctorum, ſed etiam omnium

nium fidelium, & eſſet præſtare iudicium ſine idoneo aliquo argumento, in re tanti momenti, qualis eſt, Iuſtorum beatificatio, ad quam ſemper præcedunt tot, tantæquè exquiſitæ diligentiæ, & prudentes inquiſitione ſæpius examinatæ, & conſequenter aliquo modo negare reperiri in Pontifice Romano poteſtatem iuſtos beatificandi, ac etiam conſequenter ſaltem aliquo modo negare certitudinem poteſtatis ſanctos cano nizandi propter magnam affinitatem, quã habent inter ſe, canonizatio, atque beatificatio, quod etiam probant argumenta paulò antè adducta ad fauorem opinionis, quod ſit de fide Pontificem Romanum non errare ſicut in Canonizatione ita & in beatificatione iuſtorum. Hácq; ſecundam opinionem magis probabilem reddunt, quam plura argumenta, præſertim verò illud de nouis, & eximijs diligentijs, quę ordinariè fiunt nõ abſquè rationabili cauſa poſt actum beatificationis, antequam, videlicet procedatur ad actum canonizationis.

Et illud pariter argumẽtum magnam efficaciã habet circa hoc confirmandum, quia verba canonizationis indicant de ſe ſenſum de fide, vt ſunt verba illa, *definimus, & cæt. & vt ſanctum ab omnibus firmiter, & fideliter habeatur*

beatur, decernimus. Quę verba quo ad identitatem ſenſus profe-runt Pontifices Romani in actu ſolemnis canonizationis, vti eſt videre in bullis ſanctorum canonizatorum, præſertim in illa Sancti Bonauenturæ, aliàs ſuperius relata: verba autem quibus vtitur Pontifex in declaratione alicuius Beati non proferuntur per modum decreti, ſeù diffinitionis, ſed potius per modum laudantis, vel annuentis, ſiue approbantis iudicium, vel declarationem præuio diligenti examine factá per ſacram Rituum Congregationem, quēadmodum apertè demonſtrant verba decretorum, quæ edidit prædicta Sacra Congregatio in huiuſmodi beatificationibus, quorum tenor is eſt, ſaltim quoad ſenſum. Conceditur omnibus talis determinati Regni, vel Prouinciæ, ſeù religionis, vt poſſint in die obitus Beati viri .N. celebrare feſtum, recitare diuinum officium, & Miſſam in honorem ipſius: *Facto prius verbo cum Sanctiſſimo*, deinde ſubditur. *Sanctiſsimus annuit*, ſiuè *laudauit*, vel *ſententiam Congregationis ad ſe relatam approbauit*. quod totum euidenter patet ex lectura eorūdem decretorum Beatificationis diuerſorū famulorum Dei, ideò libuit hic ad extenſum ponere decretum ſecundū, occaſione beatificationis Viri Dei

fratris Ludouici Beltrandi, editum à Sacra Congregatione Rituum, & à Sanctiſſimo Domino Noſtro Paulo Papa V. modò immediatè explicato laudato, & approbato, vt copiosè patet preſertim §. *& facta per nos*. Eſt autem decretum infraſcripti tenoris, v3.

VALENTINA.

Dominicus Epiſcop. Oſtien. Sacri Collegij Decanus S.R.E. Cardinalis Pinellus, Vniuerſis, & ſingulis præſentes inſpecturis, lecturis, & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam.

CVm ob excellentiam fidei, ſanctitatem vitæ, & miraculorum corruſcationem piæ mem Fratris Ludouici Bertrãdi Valentini Ordinis Prædicatorum, & totius Regni Valentiæ populorum erga illum deuoteonem, venerationem, & concurſum ad eius ſpulchrum, inſtante Serenißimo Philippo iij. Hiſpaniarum Rege Catholico, & Regno Valentiæ, ac vniuerſo Prædicatorum Ordine, Sanctiſſimus D. N. Paulus V. in ſacra noſtra Rituum Cõgregatione, examinari iuſsit proceſſus auctoritate Apoſtolica, ritè, & rectè confectos ſuper vita, miraculis, & deuotione populi erga dictum Fratrem Ludouicum

Bertrandum, noſtraquè de cōtentis in dictis proceſsibus audita ſummaria relatione eiuſdem noſtræ Congregationis, ſententiam approbauerit, confirmauerit, & laudauerit, ac conceſſerit, & indulſerit, vt in poſterū dictus Frater Ludouicus BEATVS nuncupari poſsit, & valeat, deq; eo tanquam de vno Confeſſore non Pontifice in Ciuitate, & Regno Valentiæ tantùm ab omnibus Fratribus, & Religioſis vtriuſque ſexus Ordinis Prædicatorum in eorum Monaſterijs, Eccleſiis Officium, & Miſſam de communi vnius Confeſſoris non Pontificis, ſecundum ritum, & conſuetudinem eiuſdem Ordinis, liberè, & licitè recitari poſsit, & valeat, vt in dictæ noſtræ Congregationis decretis, & in noſtris deſuper expeditis literis patentibus ſub die 21. Mēſis Aprilis 1608. latius continetur. Cum autem, in dies magis deuotio populi Chriſtiani erga dictum Beatum Ludouicum Beltrandum augeatur non ſolùm in Ciuitate, & Regno Valentiæ, ſed per totum etiam orbem in Vniuerſa Religione Dominicana, ac maior quotidiè fiat, & creſcat ex vniuerſa Hiſpania, & remotis etiam prouincijs concurſus Populi ad eius ſepulchrum ob innumeras, & magnas gratias, quas Deus fidelibus ſuis ipſius Beati Ludouici meritis, & interceſsione concedere non dedignatur: Idem Sereniſsimus Philippus III. Hiſpaniarum Rex Ca-

tholicus, & per literas, & per ſuũ in Vrbe Oratorem, & totũ Regnum ipſius Valentiæ, & Vniuerſus Dominicanæ Religionis Ordo, necnon Sereniſsimus Flãdriæ Princeps iteratis precibus apud eundem Sanctiſsimũ D. N. inſtiterint, vt dignaretur indulgere, & concedere, vt gratia conceſſa fratribus, & religioſis Vtriuſq; ſexus Ordinis Prædicatorum in Regno Valentiæ tantũ, vt de dicto Beato Ludouico officium recitare poſsint, & valeant, extendatur per vniuerſum Ordinem Prædicatorũ vbiq; terrarum, & concedatur vt in Regno Valentiæ non tantùm Dominicani, ſed etiam omnes alij Præsbiteri, & Clerici ſæculares, & Regulares, et quicunq; vtriuſq; ſexus Viri, & Mulieres voluerunt, officium vt ſupra de Beato recitare, et Miſſam celebrare ſiuè audire poſsint. Et cum hoc etiam Idem Sanctiſſ. D. N. in eadem noſtrà Congregatione Rituum examinari iuſſerit, die 19 præſentis mẽſis Octobris, Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini mei Collegæ vnà mecũ congregati, viſis eiuſdem Philippi III. Hiſpaniarum Regis Catholici literis, & inſtantijs factis nomine totius Regni Valentiæ, & vniuerſæ Religionis Dominicanæ, ac Principũ Flandriæ, cenſuimus ſi Sãctiſſ. D. N. placuerit, vt gratia prædicta poſsit extendi per vniuerſam religionem Dominicanã in toto orbe terrarũ, & poſſe concedi in Ciuitate tantùm Va-

Valentiæ, vbi dicti Beati Ludouici corpus requieſcit, vt omnes vtriuſque ſexus Viri, & Mulieres, & Religioſi Regulares, & Seculares poſſint de dicto Beato, Officium recitare, & Miſſam celebrare, vel audire. Et facta per nos de prædicta noſtræ Congregationis ſententia, relatione eidẽ Sanctiſſ. D. N. in Cõſiſtorio ſecreto hac die infraſcripta Sanctitas Sua annuit, & ſententiã Cõgregationis laudauit, & approbauit, ac conceſſit, & indulſit, vt de dicto B. Ludouico per vniuerſum orbem à Fratribus, Religioſis vtriuſq; ſexus Ordinis Prædicatorum Officium, & Miſſa recitari, & celebrari poſſit, & valeat, & in Ciuitate Valentiæ etiam ab omnibus ſecularibus, & Regularibus, qui voluerint dictum Officium vt ſupra recitare, Miſſam celebrare, ſiuè audire, liberè, & licitè poſſint, & valeant.

In quorum omniũ, & ſingulorum fidem, ac teſtimoniũ præſentes per infraſcriptum eiuſdem Cõgregationis Secretarium fieri iuſsimus, manu noſtra propria ſubſcripſimus, noſtriq; ſoliti ſigilli impreſsionẽ muniri fecimus: Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ die 25. Menſis Octobris 1610. Pontificatus verò eiuſdem S. D. N. Pauli Diuina Prouidentiã Papæ V. anno ſexto.

Dominicus Epiſcopus Oſtienſ. Card. Pinellus.
I. P. Mucantius Secretarius Congreg.

Ex

Ex, verbis namq; huius immediatè relati decreti,(quę quantùm ad ſubſtantiam eadē,ſunt in omnibus conſimilibus decretis, præſertim quo ad puncta, de quibus ſtatim dicam) euidenter remanent demonſtrata illa duo puncta,de quibus paulò ante, videlicet illud de magnis, & exactis diligentijs, quæ ſemper præcedunt actum etiam beatificationis, & aliud fecundum de forma verborum, qua vtitur Summus Pontifex Romanus in beatificatione famulorū Dei, vt ſunt illa *laudauit*, *&* *approbauit*, *ac conceſsit*, *&* *indulſit &* *cæt*. quæ expreſsè leguntur in præcitato decreto.

Aliquandò tamen non omnibus prædictis vocibus ſimul vtitur, ſed aliquando vna, vel alia, vel omnibus ſimul ad eius placitum. Hinc eſt, quod alio decreto beatificationis Beatæ Margaritæ Virginis Tertiariæ profeſſæ Ordinis Sancti Dominici Romæ edito die 19. Menſis Octob. 1609. §. *& Sanctiſsimus*, legun ur ſequentia verba: *Sanctiſsimus D.N. audita Congregationis ſententia per maturam relationem hac infraſcripta die Sanctitati Suæ in Conſiſtorio ſecreto factam, annuit, & conceſsit, &c.* qui Pontifex erat Paulus V.

Dilucida itaque ſunt cuncta ſuperius adducta de cōuenientia in multis,deq; differentia in alijs

aliis reperta inter canonizationem, & beatificationem. Quamuis enim per vtrumq; actum, homines mortales dignoſcant hominem defunctum beatificatum, ſeu canonizatum, gloria frui ſempiterna, per canonizationem quidem in forma declaratiua, pronuntiatiua, & diffinitiua; per beatificationẽ verò in forma indultiua, & conceſſiua tantùm.

Hinc oritur, quod canonizatio dicit, & ſignificat vltimum iudicium & nouiſsimam ſententiam de ſanctitate, & æterna beatitudine viri Dei canonizati. Vnde poſt beatificationẽ vt alias dictum eſt, maius examens, & exactiores didiligentiæ pro examinandis, vita, ſanctitate, & miraculis hominis iuſti canonizandi requiruntur.

DE BEATIFICATIONE. Martyrum.

NEceſſarium quoquè exiſtimaui hic adducere ſimulq; probare affirmatiuam reſponſionem ad interrogationem eorum, qui curioſa quadam deuotione frequenter inueſtigando querunt de vſu Eccleſiæ circa beatificationem Martyrum ante illorum ſolemnem canonizationem, dicendo conſuetudinem

tudinem Eccleſiæ extitiſſe etiam ex ſanctis Martyribus aliquos prius beatificaſſe antequam deueniret ad actum ſolemnis canonizationis.

Quod facillimè demonſtratur exẽplo videlicet beatorũ quinq; Martyrum, ord. S. Frãciſci qui apud Marochium pro Chriſti fide varia tormentorum genera paſſi ſunt, quorum exẽplo, martyrij deſiderio incenſus Sanctus Antonius de Padua, ex inſtituto canonicorũ Regularium ad Franciſcanum ordinẽ tranſiuit. Quos Sanctos Martyres tranſacto iã multorum annorum curriculo à die ſuſcepti Martyrij, Sixtus IV. Põtifex Maximus (qui ad Papatum fuit aſsũptus anno Domini 1571. in quo vixit tredecim annis) honore beatificationis tantum, præuijs quidem conſuetis diligentijs circa veritatem Martyrij, & plurimorum miraculorum, quibus ope diuina, in ipſa morte, & poſt claruerunt, decorauit, vt latè patet ex bulla, ſeù breue ſuper hoc ſpecialiter edito ab eodem Sixto IV, quod ad extenſum retuli de certitudine gloriæ Sanctorum canonizatorum poſt *cap. 8. tit. Index Sanctorum canonizatorum ſub litt. B.* quod etiam adducitur à Laurentio Surio Cartuſiano de vitis Sanctorum die 5. Februarij.

Hoc idem euenit de viginti tribus Martyrib⁹ ex

ex Ordine Minorum S. Franciſci de Obſeruantia Prouinciæ Diſcalceatorum S. Gregorij Philippinarum, & Iapponij, qui omnes pro Chriſti nomine in Oppido Ciuitatis nuncupato Nangaſa, qui, extra muros in Regno Iapponij cruci affixi, & tranſuerberati fuerunt; quorum Martyrium, & miracula maturè examinata per DD. Auditores Sacræ Rotæ Rom. deindè per Sacr. Congregationem Rituum, ac illas, vt par erat approbata, Sanctiſſ. D. N. Vrbanus Diuina prouidentia Papa viij. illos Beatos declarauit ac indulſit, vt Officiū, & Miſſa de cōmuni plurimorum Martyrum die eorum Natali videlicet die 5. Februarij recitari, & celebrari reſpectiuè liberè, & licitè poſſet in Manilē Diœceſi dumtaxat: quemadmodū copioſè patet ex breui ſuper hoc expedito die 14. Septembris 1627.

Idem quoque euenit de tribus Martyribus Paulo Mihi, Ioanne de Goto, & Didaco Quizai è Societa Ieſu, qui in eodem loco, & eodē tempore, eodemq; genere Martyrij vnà cum prioribus immediatè relatis martyribus pro Chriſti nomine Cruci affixi, & tranſuerberati fuere, vt latè patet ex breuè ab eodem Pontifice conceſſo die 15. Septemb. 1627. Quorum breuium tenores nequaquam hic referā cum fuerint per me fi-

deliter, & ad extenſum relati in alio meo tractatu *de inquiſitione miraculorum in Martyrũ canonizatione in additione ad primum punctũ nu. 3. & 4.*

Nichilominus pro maiori gloria eorundẽ Beatorum Martyrum hic tranſcribam decretum factum de ſcitu & approbatione Sanctiſſimi à Sacra Congregatione Rituum circa indultum de quo ſupra immediatè.

Decretum Sacræ Congregationis Rituum de facultate dicendi Officium, & Miſſam de Tribus Sanctis Martyribus.

Paulo Michi, Ioanne de Goto, & Didaco Quizai è Societate Ieſu, in Iaponia pro Chriſti fide Crucifixis.

Conceſſa omnibus Sacerdotibus tà ſecularibus, quã Regularibus confluentibus ad Eccleſias Societatis Ieſu vbique exiſtentes ipſa die eorum Martyrij, quæ eſt 5. Februarij.

IAPONIA PRO SOCIETATE IESV.

CVm aliàs ſub die 3. Iulij 1627. Sacra Rituum Congregatio annuẽte Sãctiſsimo conceſſerit, vt de tribus Sanctis Maryribus è Soci-

cietate Ieſu Paulo Michi, Ioanne de Gotho, & Didaco Quizai in Iaponia pro Chriſti fide Cruci affixis, Officium, ac Miſſa de communi plurimorum Martirum ipſa die eorum Martyrij nempè 5 Februarij ab omnibus Præsbyteris eiuſdem Societatis vbique exiſtentibus, recitari, & celebrari poſſe; Inſtante Generali Patrum Societatis Ieſu, indultum prædictum ad omnes Sacerdotes, tàm ſæculares, quã Regulares ad eorum Eccleſias confluentes, extendi poſſe, eadem Sacra Congregatio cenſuit, facto verbo cum Sanctiſſimo, Sanctiſſimus annuit die 26. Septembris 1629

Ioannes Baptiſta Cardinalis Detus.

Locus † ſigilli.

F. Fuluius Benignus Secret.

Romæ ex Typogr. Reu. Camer. Apoſt. 1629.

QVid ſimile, accidit de quadraginta nouem Martyribus Ordinis Prædicatorum, qui in Conuentu ſui Ordinis Ciuitatis Sandomiriæ in Regno Poloniç, dum poſt completorium de more canerent antiphonã *Salue Regina*; à Scytis deuaſtantibus eandem Ciuitatem (pro vt oraculo diuino noctè immediatè antecedenti admoniti fuerant) pro

Chriſti fide trucidati fuere; in quorum honore, & cultu Alexander IV. poſt maturum examen relationis martyrij, & miraculorum eorundem martyrum, conceſſit, vt poſſit celebrari feſtum in eorum memoria die 2. Iulij in Ecclaſia Sanctæ Mariæ de Sandomiria ad quam delata fuere corpora eorundem Martyrum, & concurrentibus ad dictam feſtiuitatem, ſimulquè viſitantibus eandem Eccleſiam; ex benignitate Apoſtolica elargitus eſt indulgentias, quas Summi Pontifices Romani anteceſſores eius conceſſerant viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Martyribus in Vrbe; ità referunt *Michiouius lib 3. c. 44. Cromerus lib. 9. Abraham BZouius in progenie Sancti Hyacinti, Ambroſius Taegius, & alij in Hiſtorijs approbatis Ordinis Prædicatorum.*

DE MIRACVLIS

poſt mortem.

IAM ſuperius multa de miraculis dequè illorum qualitate, & probatione adducta ſunt: Nunc ſcire oportet ad prædictorum ma-

maiorem claritatem, quod etſi miracula operata, in vita canonizandi non parum conferant ad declarãdam hominibus illius Sanctitatem, hoc nihilominus potentius, atquè euidentius efficiunt miracula poſt mortem, vt inſinuat Sanctus Thomas 2. 2. q. 178. artic. 2. in corpore & manifeſtius in reſponſione ad tertium Argumentum.

Quam doctrinam inſinuant Pontifices Romani in bullis canonizationum, quas retuli ad primum punctum huius tractatus. Eandem quoque amplexãtur ſapientiſſimi Patres Auditores Rotæ Romanæ in relationibus canonizationum Sanctorum, *Hiacynti tit. de miracul. verſ. cæterum. in illa Sancti Raymundi parte 2. art. 7. verſ. non licet: In illa Sãcti Bonauenturæ par. 2. art. 3. in illa Sancti Ignatij tit. de miraculis. in illa Sancti Caroli par. 3. ad exordium: in illa Sanctæ Franciſcæ Romanæ par. 3. art. 1. & in illa Sanctæ Thereſæ tit. de miraculis in principio.*

Hanc quoque doctrinam amplexi ſunt *Caſſan. in Catalogo gloriæ Mũdi parte 3. conſiderat. 49. ad exordium, & Maluit. de canonizat. Sanctor. dub. 3. numer. 1. & 73.*

Immò præfati Domini Auditores Rotæ addunt, & rectè quidem miracula in vita de per ſe nequaquam

ſuffi-

ſufficere ad effectum canonizationis, ita dixerunt in relatione S. *Iſidori tit. de miracul. in principio: & in illa S. Raymundi par. 2. art. 7. ac in illa Beati Andreæ Corſini par. 2. & in illa S. Thereſæ, et Beati Ludouici Beltrandi titul. de miraculis, ac etiam in illa S. Caroli Borromei par. 3. verſ. verius eſt. ita Panuin. in relatione S. Bonauenturæ par. 2. & 3. & Caſſan. in catalogo gloriæ mundi par. 3. conſid. 50. Maluit. de canonizat. Sanct. dub. 3. num. 53. Signius de reliq. Sanct. cap. 6.*

Quam doctrinam deſumpſerunt Iuriſtæ *ex Butrio cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct. num. 12 ex Io. And. ibid. num. 4. ex Card. vbi ſupra num. 1. ex Innoc. pariter ibid. num. 3.*

Et ratio huius doctrinæ ea aſſignari poteſt, quã adducit Sanctus Thomas vbi ſupra ad fin. corporis *art. 2.* dum inquit: *Nihil prohiberet per aliquem peccatorem miracula fieri (hoc eſt in vita eius mortali) ad inuocationem alicuius Sãcti, quæ tamen miracula non dicitur facere ille, ſed ille ad cuius ſanctitatem denuntiandam hæc fierent.*

Et in reſponſione ad tertium argumẽtum hoc tantum magis explicans Sanctus Doctor dicit: *Quod ſemper miracula ſunt uera teſtimonia eius, ad quod inducuntur. Vnde à malis, qui falſam doctrinam ennuntiant, nũquam fiũt vera miracula ad confirmationem ſuæ doctrinæ,*

quam

quamuis quandoq; fieri poſsit ad commendationem nominis Chriſti, quod inuocant, & virtute ſacramentorum, quæ inhibent. Ab his autem qui veram doctrinam enuntiant, fiant quandoquè vera miracula ad confirmationem doctrinæ, non autem ad teſtificationem ſanctitatis. Vnde Auguſt. dicit in lib. 83. quæſt. Aliter Magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter mali. Magi, per priuatos contractus cum Dæmonibus: Boni Chriſtiani, per publicam iuſtitiam. Mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ.

Et in reſpõſione ad quintum argumentum eiuſdem ſecundi articuli ſatisfaciens curioſæ cupiditati eorum, qui affectant ſcire quare non omnes boni, & Sancti ſint à Deo illuſtrati miraculis cum *Diuo Auguſtino lib. 83. quæſt. q. 79.* parum à medio dicit: *Ideò non omnibus Sanctis ita attribuuntur ne pernicioſiſsimo errore decipiantur infirmi, æſtimantes in talibus factis eſſe maiora dona, quàm in operibus iuſtitiæ, quibus vita æterna comparantur.*

Quod totum magis declarat Cardinalis Caietanus in ſuis commẽtarijs ad prædictum articulũ quæſtionis 178. inquit: *Ex reſponſione ad quintum ab Auguſtino, quod pernicioſiſsimus eſt error æſtimantium in miraculoſis operibus maiora eſſe dona Dei, quàm dona in operibus iuſtitiæ. Et hoc contra vulgares, & communem errorem*

hu-

humani generis, putantium homines miracula facientes Sanctos, & quodāmodo Deos: ſimplices autem iuſtos, quaſi pro nihilo habentes. Totum enim oppoſitum haberet æſtimari, ſicut in veritate eſt. Hæc ille.

Quia verò in præcedentibus ſæpè facta eſt mētio de ſanctitate famulorum Dei fundamentum primarium Beatificationis, vel canonizationis famulorū Dei quos in dies beatos, ſeu canonizatos, declarat Eccleſia, opere pretiū duxi aliqua ſcitu digna de ſāctitate, quæ omiſſa ſunt in meo elucidario, in animaduerſione ante primum caput, (vbi multa diſſerui de vera ſanctitate virorū Dei) hic compendioſè adducere.

DE VERA SANCTITATE famulorum Dei.

S*Anctus Thomas 2. 2. quæſt. 81. poſt quam art. 1. in reſponſione ad tertium argumentum & art. 3. in reſponſione ad ſecundum argumentum* probauit Religionem conſiſtere principaliter in famulatu diuino tandem art. 8. ſeù vltimo eiuſdem quæſtionis in corpore eiuſdem articuli, clarius autem in reſponſione ad tertium argumentū ſoluens quæſtionem illā celebrem *An Religio, & ſanctitas ſint vnum, & idem?* ſimulquè declarans illud

quod

quod dixerat in reſpõſione ad primum argumentum eiuſdem quæſtionis videlicet, quod *Sanctitas eſt quædam ſpecialis virtus ſecundum eſſentiam, & ſecundum hoc eſt quodam modo eadẽ cũ Religione.* Formaliter loquendo inquit, *non differunt re, ſed ratione tantùm.*

Ideò in corpore eiuſdem articuli occaſione verborum *Apoſtoli ad Roman. cap. 8. certus ſum, quod neque mors, neque vita ſeparabit me à charitate Dei.* per modum illationis, & conſequentię concludit Diuus Thomas, per ſequentia verba. *ſic ergo ſanctitas dicitur per quam mens hominis ſe ipſam, & ſuos actus applicat Deo.*

Statim, ac immediatè ſubdens. *Vnde non differt à religione ſecundum eſſentiam, ſed ſolùm ratione.*

Hoc idem: ſuperius probauerat in eodem *art. vlt. Argumẽto ſed cõtra* auctoritate Lucæ *cap.* 1. dicentis, *ſeruiamus illi in ſanctitate*, hoc eſt omnipotenti Deo, ipſe enim eſt, cui tanquàm indeficienti principio, atque vltimo fini nos, noſtroſq; actus ſpeciali quadam ſeruitutis ratione dirigere debemus.

Ex qua Lucæ authoritate deducit Sanctus Thomas propter inſinuatas rationes. *Ergo Religio eſt eadem cum Sanctitate.*

Sanctitas igitur (ex adductis cõmuniter à Theologis præſertim à Diuo Thoma vbi ſupra

S in

in tota illa quæſt. 81. copioſius tamen, ac dilucidius, in corpore eiuſdem *art. vltimi & in reſponſione ad primũ argumentum) nihil eſt aliud in proprietate ſermonis Theologici, quam generalis quædam virtus complectens cunctarum virtutum actus, quos per imperium ordinat in bonum diuinum.* quod eſt dicere omniũ virtutum opera ſincera deuotione (quæ dicit actum veræ religionis, cuius principiũ eſt charitas Chriſti) refert in Deum, tradendam ſe ipſum Deo, illiquè adhærendo per quãdam ſpiritus vnionem.

Ideò dicebat *Cardinalis Caietanus* 2.2.*queſt.*82. *art.* 2. §. *Vnde ſcriptum eſt. qui adhæret Deo vnus Spiritus eſt cum eo*, ſtatim ſubdens: *eadem quoq; charitas mediante religione, vt ſanctitas eſt applicat mentem Deo, vt ſubditam honorando, & propter mentem cætera ad honorem, & cultum Dei; mediante verò religione, vt in litera dicitur, & prius declaratum eſt.*

Quod totum admirabili ſuo ſtilo, grataquè licèt breui facundia explicans Diuus Thomas (de cuius literæ textu faciens mentionẽ Caietanus in immediatè adductis) in reſponſione ad primũ argumentum vltimi quæſtionis 81. 2. 2. reſumendo ſermonem de ſanctitate, vt quædam virtus generalis eſt, dicit. *Sicut & iuſtitia legalis dicitur generalis virtus*

in

in quantùm ordinat omnium virtutum actus in bonum commune.

Superius enim immediatè dixerat ſanctitatem habere quandam generalitatem ſecundum quam omnes virtutum actus, per imperium ordinat in bonum diuinum. Quod magis explicat exemplo iuſtitiæ, de quo immediatè &c.

Occaſione cuius exempli *Cardinalis Caietanus vbi ſupra immediatè, ſcilicet ad articul. 8. ſeù vltimo quæſtionis* 81. *§. concedendũ eſt.* expreſſis verbis inquit. *Concedendum eſt igitur quod ſanctitas imperat iuſtitiæ legali, & è contrà quãuis diuerſimodè: quia iuſtitia legalis imperat in ordine ad commune bonum; ſanctitas autem in ordine ad Deum, vt ſãctitatis finem. Et quãuis ſecundũ quid hæ virtutes ſe habeant, vt excedentes, & exceſſæ, ſimpliciter tamen iuſtitia legalis potior, & prior videtur: tum quia totum præfertur parti, tum quia ex obiecto nobliitantur, & ordinantur, ſimpliciter virtutes, obiectum autem iuſtitiæ legalis, eſt commune bonum, ſub quo comprehenditur etiã illud particulare bonum, quod eſt religionis obiectum. Propter quod nõ eſt propinquius Deo, vltimo fini religionis materia, ſeù obiectum, quàm iuſtitiæ legalis obiectum, niſi ſicut proprium communi, vt pars totius toti, quod pertinet ad abuſiuam comparationem. Et propterea dictum eſt, quòd auctor non compa-*

rauit religionem iuſtitiæ legali, cùm prætulit eam cæteris moralibus, quoniam nobilitas partis nō condiuiditur contra nobilitatem totius, ſed alterius partis. Et ratio Auctoris de approximatione maiori ad finem non habet locum reſpectu obiecti iuſtitiæ legalis eadem ratione. Hæc ille.

SECTIO SECVNDA additamenti.

SVperius enim in animaduerſione generali habitus eſt ſermo de veritate ſtygmatum præſtantiſſimę Virginis Sanctæ Chatarinæ Senenſis Tertij Ordinis Sancti Patris Dominici, (de quorum veritate copioſè diſſerui in libro à me aliàs edito, *de Inquiſitione miraculorum.*) *cap. 1. puncti 2. appendicis generalis,* quo in loco omiſſum eſt recenſere reperitionem Imaginis antiquiſſimæ eiuſdem Virginis Senenſis, quæ depicta conſpicitur in Eccleſia Maiori Ciuitatis Neapolitanæ cũ ſignis cicatricum, ſeù ſtygmatum in quinque partes ſui corporis, videlicet in manibus, in parte cordis, ac in pedibus, vt liquidò conſtat ex literis in forma authẽtica editis à Paulo Anello Notario, de quibus paulò infra.

Nã vt alibi demonſtraui innixus ſemper veris

ris doctrinis præſertim Iuriſtarum, maximè verò Sapientum Patrum Sacræ Rotæ Romanæ Auditorum in relationibus canonizationum Sancti Didaci, Sancti Iacynthi, Sanctæ Franciſcæ Romanæ, Sancti Iſidori, & nouiſſimè in illa Beati Petri Regalati Ordinis Sancti Franciſci auctoris ſtrictioris obſeruantiæ eiuſdem ordinis in Hiſpania; in quibus plura facta mirabiliora tamquam vera probata denuntiantur de illis Sanctis reſpectiuè, ex antiquiſſimis Imaginibus, ſiuè figuris, vel ſimulacris eorũdem Sanctorum, vt illud allocutionis Beatę Virginis ad Sanctum Hyacintum, cui dixit; quod gratę erant in conſpectu Dei orationes ſuę, & quicquid petebat impetrabat; & aliud Sancti Iſidori Protectoris Madriti, quando Angeli loco illius ducentes iuga boum, terram arrabant; quę facta mirabiliora vnà cum alijs conſimilibus, tamquã ritè, rectèquè probata admittuntur ex imaginibus antiquitus depictis, vel in pariete, vel tabula, aut alio loco, ad quod etiam firmandum, multi adducunt doctrinam *Anchamani conſil. 113. num. 4. & Rotæ Romanæ coram Ludouiſio poſtea Gregorio XV. deciſ. 463. nu. 7. & in recentioribus. deciſ. 598.*

Co-

Copia literarum in forma authentica de veritate Imaginis cum ſtygmatibus Sanctæ Chatarinæ Senenſis de qua paulò ante &c.

FIdem facio Ego Anellus Rotundus de Neapoli publicus Apoſtolica authoritate Notarius, Curiæq; Archiepiſcop. Neap. Scriba qualiter in Cappella Dominorum de Minutulis ſita in Maiori Eccleſia Neap. in pariete ad ſiniſtram manum adeſt depicta effigies Sanctæ Catherinæ Senenſis iuxtà picturam Sancti Antonij de Padua cum cicatricibus, ſeù ſtygmatibus antiquius depicta vt colligitur ex vetuſtate, & non eſt corroſa neque recenter aliquid appoſitum vt ex, oculari inſpectione clarè liquet, & in fidem ad requiſitionem mihi oretenus factam præſētē feci, et meo ſolito ſigno ſignato requiſitus.

locus † ſigilli.

CVmquè, ſuperius quoque facta fuerit mentio de decreto beatificationis Beatæ Margaritę de Tiferno Tertiariæ ordinis Sancti Patris Noſtri Dominici, vt cunctis euidentius appareat veritas eorum, quę ſuperius dicta ſunt de diligenti examine, quod pręmittitur ante beatificationem famulorum, vel Ancillarum Dei, deq; forma verborum Beatificationis.

PRAE-

PRÆDICTI DECRETI EXEMPLAR fidele hic apponere volui.

TIFERNATEN.

D*Ominicus Epiſcopus Oſtienſis Sacri Collegij Decanus S. R. E. Cardinalis Pinellus Congregationis Sacrorum Rituum Prepoſitus, Vniuerſis, & ſingulis præſentes inſpecturis, lecturis, & audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ad inſtantiam R. P. Generalis, & totius ordinis Prædicatorum S. Dominici, Reuerendiſſ. Domini Epiſcopi, ac Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, & Magiſtratus Ciuium, & incolarum Ciuitatis Tifernaten. iteratis precibus apud Sãctiſsimum Dominũ noſtrum Paulum Papa V. inſtatũ fuerit, vt dignaretur concedere, & indulgere, vt in honorem Beatæ Margaritæ Virginis Tertiariæ profeſſæ Ordinis Prædicatorum S. Dominici, quæ anno Domini 1287. ex boneſtis parentibus orta in oppido Metulæ Maſſæ Trbiariæ Tifernaten. Diœc. per annos tres, & triginta quibus vixit, in Virginitate ſemper perſtitit, & puritatẽ coluit ac multis miraculis claruit tàm in vita, quàm poſt mortem. Et poſt eius felicem in Domino obdormitionem, quæ fuit die 13. Aprilis anno Domini 1320. eius corpus in Eccleſia Sancti*

Do-

Dominici in eadem Ciuitate Tifernaten. ſepultum fuit, & adhuc poſt 300. ferè annos integrũ, & incorruptum aſſeruatur cum maximo populi eiuſdem Ciuitatis, & vicinorum locorum, concurſu, & deuotione, Officium, & Miſſa de cõmuni unius Virginis à Fratribus dictæ Religionis tàm in dicta Ciuitate vbi eius corpus ſepultum eſt, quàm in vniuerſa Prædicatorum Religione liberè, & licitè recitari, & celebrari poſſit, & valeat. Et cùm ab eodem S. D. N. Papa negotium hoc ad Sacram Rituum Congregationem, vt in ea examinaretur, remiſſum fuerit, & ab eadem Sacra Congregatione commiſſum Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo Domino Cardinali Bellarmino, qui ſemel, atque iterum, viſis diligenter antiquis, & modernis ſcripturis de vitæ integritate, puritate fidei, & miraculis dictæ Beatæ Margaritæ, tàm in vita, quàm poſt eius mortem, & continuatæ opinionis ſanctitatis, & miraculorum vſque in præſentem diem, eiuſdem Beatæ. Tandem in eadem Sacra Rituum Congregatione habita die 24. Auguſti 1609. retulit ex deductis ſatis conſtare de ipſius Beatæ Margaritæ ſanctitate, & miraculis, & cenſere gratiam petitam poſſe concedi Fratribus eiuſdem Religionis ſaltem in dicta Ciuitate Caſtelli, ſiù Tifernaten. vbi eius venerabile corpus ſepultum eſt.

Et

Et Illuſtriſs. & Reuerendiſſ. DD. Cardinales in eadem Congregatione præſentes eiuſdem ſententiæ fuerunt, nempè poſſe concedi ſi S. D. N. placuerit, vt in Ciuitate tantum Tifernaten. & in Eccleſia Sancti Dominici vbi dictæ Beatæ Margaritæ Corpus adhuc integrum, & intactum ſepultum eſt, & magna totius populi deuotione, & concurſu colitur, & in veneratione habetur, poſſit eius feſtum in die eius fælicis obdormitionis in Domino cum Officio, & Miſſa de Communi vnius Virginis in honorem ipſius Beatæ celebrari. Et S. D. N. audita Congregationis ſentētia per maturam relationem hac infraſcripta die Sanctitati ſuæ in Conſiſtorio ſecreto factam, annuit, & conceſſit, vt in Ciuitate tantùm Tifernaten. & in Eccleſia vbi dictæ B. Margaritæ corpus ſepultum eſt, poſſit de ea, tanquam de Beata, Feſtum cum Officio, & Miſſa de communi vnius Virginis celebrari. In quorum omnium fidem, & teſtimonium, præſentes per infraſcriptum noſtræ præfatæ Congregationis Secretarium fieri iuſſimus, manu noſtra ſubſcripſimus, & noſtri ſoliti ſigilli impreſſione muniri fecimus. Datum Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die 19. Menſis Octobris 1609.

Dominicus Epiſcopus Oſtienſis Card. Pinellus.

I. P. Mucantius Sacræ Congreg.

Circa quod decretum occurrit etiã animaduertendum, quod non ſolum vtilis, & neceſſaria eſt dilatio multorum annorum in perdifficili, ac arduo negotio, canonizationis, verum etiam, & in illo beatificationis. Nam Beata hæc Mulier de qua in decreto poſt an. 300. honore beatificationis cõdecorata fuit, pro qua dilatione iure merito adduci poterit vſus atq; conſuetudo Eccleſiæ, vt latè deducitur ex omnibus ferè decretis, beatificationis, famulorum, & Ancillarum Chriſti Domini vſque modo expeditis.

Cumq; ſuperius ſæpè facta fuerit mentio de Miſſa, & Officio recitando in feſtiuitatibus Beatorum, ſeù Sanctorum, libuit hic apponere decretum Sacræ Congregationis Rituum circa hoc ſpeciale editum.

DE OFFICII DIVINI, ET MISSARVM celebratione.

DECRETVM SAC. CONGREGATIONIS Rituum vbique obſeruandum.

SAcra Rituum Congregatio; ad tollendos abuſus, qui varijs in locis irrepſerũt, re maturè diſcuſſa cenſuit, & decreuit,

Primò, non potuiſſe, nec poſſe Locorum Ordinarios, *tàm*

tàm ſæculares, quàm regulares addere Calendarijs, etiam proprijs, Sanctorum Officia, niſi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel Sacræ Rituum Congregationis, ſeù Sedis Apoſtolicæ licentia cõceduntur.

Inſuper vetuit, & prohibuit celebrari per totam Ciuitatem, vel Diœceſim etiam de cuiuſq; Ordinarij auctoritate, Miſſam, vel Feſtum cum Officio de Sancto, eòquòd in loco adſit Eccleſia Parochialis, vel Regularis, aut aliqua Reliquia: ſed tantũ in ipſius Sancti Eccleſia Titulari, ſeù vbi aſſeruatur inſignis reliquia, & non alibi.

Inſignes autem reliquias declarauit eſſe Corpus, Caput, Brachium, Crus, aut illam partem corporis, in qua paſſus eſt Martyr, modò ſit integra, & non parua, & legitimè ab Ordinarijs approbata.

Miſſas item, quæ circumferuntur à Sacra Congregatione non approbatas, Sancti Gregorij pro viuis, & defunctis. xv. Auxiliatorum, & de Patre Aeterno, & quaſcunque alias, exceptis ijs, quæ ſunt permiſſæ regularibus tantùm, veluti Roſarij Sanctæ Mariæ de Carmelo, & alias, ſicut etiam officia ab eadem non approbata prohibuit, reiecit, omninò, & damnauit reſpectiuè, & pro prohibitis, & damnatis habere voluit.

Quæ omnia decreuit, ſtatuit & mandauit ſua pœnis contentis in Bullis Pij v. initio Breuiarij, et Miſſalis poſitis, quod ſcilicet

non ſatisfaciat muneri recitandi Diuini Officij; quo verò ad utentes ſupradictis Miſsis ſub alijs pœnis contentis in Indice librorum probibitorum ex decreto Sacri Concilij Tridentini edito.

Et ne præmiſſorum ignorantia ullo unquam tempore poſsit ab aliquo prætendi, neque obliuio poſſit irrepere, eadem Sacra Congregatio uoluit, & mandauit Decreta huiuſmodi affigi in Sacriſtijs omnium Eccleſiarum, tàm ſæcularium, quàm regularium, etiam Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium; Collegiatarum, & aliarum quarumcũque in eisq; perpetuò affixa aſſeruari.

Facta demum relatione eorum Decretorum Sanctiſsimo D.N. Vrbano Papæ Octauo, Idem Sanctiſsimus ea laudauit, approbauit, atque ab omnibus vbique ſub prædictis pœnis ſeruari præcepit. In quorum fidem manu, & ſigillo Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Cardinalis Deti præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit die 7. Aprilis 1628.

Io. Baptiſta Card. Detus.

Locus † ſigilli.

F. Fuluius Benignus Secret.

Declarauit autẽ nouiſſimè eadem, Sacra Rituũ Congregatio, per hoc decretum non prohiberi Miſſas 30. pro defunctis à D. Gregorio in Dialog. c. 55.

Qui-

Quibus omnibus tãquam vtile additũ eſt, quod electio, Patronorum Regnorum, Pouinciarum, vel Ciuitatum nunquam fuit facta, niſi de ſcitu, conceſſione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, vt liquido patet ex innumeris ferè breuibus, ſeù decretis ſuper hoc specialiter editis, quorum vnum, & alterum tantùm alijs omiſſis breuitatis cauſa, hic apponere curaui.

DECRETVM CONCESSIONIS
Patronatus Sancti Thomæ Aquinatis, pro Ciuitate Neapolitana.

A tergo

Dilectis Filijs nobilibus Viri, Deputatis à Ciuitate Neapolitaua.

Intus verò

CLEMENS PAPA OCTAVVS.

Dilecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. In quo Nos Paſtoralis officij noſtri cura excitati elaboremus tantoperè vt hominum cogitationes omnes ad cultum Diuinum, atque ad Sanctorum veneratione intendantur, in id vos ſpontè ferricũ videamus, inenarrabili certè lætitia in Domino exultamus.

Gra-

Gratia Dei facietis id, quod facitis, & gratia Dei in vobis vacua non eſt cum donis cœleſtibus cumulati gratos vos exhibetis, memoreſq; beneficiorum aucta in Deum pietate, atque in Sanctos eius reuerentia. Quarum quidem cogitationū, vt auctorem verum Deum maximè oportet agnoſcere: ità etiam affirmandum eas ipſas pijs præcib. eorum, in quorum tutela Ciuitas iſta eſt adſcita, Diuinæ Maieſtati acceptas eſſe magis. Proindè piè, prudenterq; cogitatis de nouo Ciuitati Patrono adſciſcendo, ciue veſtro diuinæ voluntatis Angelico interprete, vitæ ſanctitate, & miraculis claro Thoma Aquinate, cuius doctrinæ tantum fuit tributū, vt Chriſtianæ eruditionis ſuæ, diuinum etiam illud habeat teſtimoniū: Benè de me Thoma ſcripſiſti: *tali vos, tantoquè deprecatore, quia iure arbitramini diuinos theſauros facilius vobis poſſe patere, ſuppliciterq; ac demiſsè rogatis, vt ad reliquos Patronos iſtius Ciuitatis, his quoq; adiungatur. Nos authoritate noſtra Apoſtolica pium, ſanctumq; iſtud veterum conſilium probamus, vobiſq;, vt id liceat concedimus, quòd ſi quid, & præces noſtræ valent, pro vobis etiam humillimè ſupplicamus, vobis idem, vt præſtò ſit, veſtraſq; orationes de pio corde profectas porrigat Diuinæ Maieſtati, curetq; vt vobis ſint eædem ſalutares. Vnum id monemus Ciuitatem iſtam tanquā nouo ſponſo*

ſo è cælo venienti occurrere oportere circumdatā monilibus ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, vt ille veſtimentorum: hoc eſt bonorū operū, odore ſuauiſsimo captus, charitatis vinculo ſponſæ adhereat arctiore. Ratum id habeat, qui bonus omnibus propitius eſt Deus, & quam nos ad augendam pietatem veſtram vobis nunc benedictionē noſtram impartimur, ſua idem ſanctiſsima gratia proſequatur cumulatiſsimè. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. Nouembris 1603. Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Martius Malacrida.

DECRETVM SVPER ELECTIONE SANCTORVM IN PATRONOS.

A Sacra Rituum Congregatione de ordine S. D. N. Vrbani Papæ Octaui emanatum die 23. Martij 1650.

SAcra Rituum Congregatiōe, annuente, S. D. N. in electione Patronorum mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere, declarans. quod aliter facta electio nulla ſit ipſo iure.

Primò, quod eligi poſsint in Patronos ij ſolum, qui in Eccleſia uniuerſali titulo Sanctorum coluntur,

non

non autem beatificandũ taxat.

Secundò, quod de Patrono Ciuitatis electio fieri debeat per ſecreta ſuffragia à populo mediante Conſilio generali illius Ciuitatis, vel loci, non autẽ ab officialibus ſolùm, & quod accedere debeat cõſenſus Epiſcopi, & Cleri illius loci.

Idquè ſeruari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per ſecreta ſuffragia à populo ſingularum Ciuitatum Prouinciæ.

Et, quod repreſentantibus Regnum, Ciuitatem, Prouinciam, nulla competat facultas eligendi Patronos, niſi ad hoc habeant ſpeciale mandatũ, & vlterius interueniat conſenſus Epiſcopi, & Clerici dictarum Ciuitatum.

Et Tertiò, quod cauſæ electionis nouorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione, & ab ea examinari, ac demum cauſa cognita, ab eadem Congregatione approbari, & confirmari.

Et ne præmiſſorum ignorãtia vllo vnquam tempore poſsit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio, ſupradictum decretum imprimi, & publicari mandauit.

Ioannes Baptiſta Card. Detus.

locus † ſigilli.

T. Tegrimius.

Die

Die, & anno ſupradicto affixum, & publicatum fuit ad valuas Curiæ, & Cameræ Apoſtolicæ, ac alijs locis ſolitis, & conſuetis, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Andream Scalmanum S. D. N. Papæ Curſorem.

Romæ ex Typograph. Reu. Cameræ Apoſt. 1630.

PROTESTATIO AVCTORIS.

CVncta in hoc libello quouis modo contenta cum alijs omnibus ſcriptis, atque ſcribendis, Auctor libenti animo ſubijci, ac ſubiecta eſſe omuinò decernit cenſuræ, & correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

LAVS DEO B. VIRGINI,
& omnibus Sanctis.

FINIS

INDEX

RERVM MAGIS NOTABILIVM huius tractatus

DE DILATIONE CANONIZATIONIS Iuſtorum.

Primus numerus, paginam indicat, ſecundus verò: columnam eiuſdem paginæ.

A

ALtaria, Cappellæ, & Oratoria erigi poſſunt in honorem Sanctorum iam Canonizatorum. pag. 11. col. 2

Quando verò prædicta poſſint, vel non poſsint erigi, in honorem ſimpliciter tantùm Beatificatorum. ibidem.

Beatæ Agnetis de Monte Politiano beatificatio recenſetur. 9. 2

Sancti Antonini encomium: ab ore Nicolai V. prolatum refertur. pag 43. col. 1.

Adrianus Papa Quartus Canonizator Sancti Antonini, quare non expedierit Bullam Canonizationis dicti Sancti Confeſſoris. 42. 1

Eiuſdem Sancti Antonini innumera miracula inſinuantur. ibid.

Eiuſ-

Eiuſdem Sancti Antonini Canonizationis dilatio, & quare. ibidem col.2.

Antiquitas ſolemnis Canonizationis, quæ, & qualis. 13 & ſeqq.

Apollionis Eremitæ Canonizatio recenſetur. 10.1

Alexander Papa III. auxit ſolemnitatem, & cæremonias circa Canonizationem Sanctorum. 20.2

Arduitas negotij Canonizationis, & Beatificationis explicatur. 22. & ſeqq. & pag.25.col.2.

Antiquæ legis Sanctorum laudatio, & Canonizatio. 6. & 17

Apoſtoli primi inſtitutores Canonizationis Sanctorum. 17.2

Atteſtatio, ſiue conſtans aſſertio Iuſtorum, & Sanctorum de veritate alicuius miraculoſi multum operatur ad veritatem illius.

Antiqua Eccleſiæ conſuetudo sẽper in omnibus ſeruãda. 76. & ſeqq.

B

Beatificatio regulariter præcedit ſolemnem Canonizationem, & ideò ſunt actus ex ſui natura diuerſi, ac diſtincti. 4

Regulariter ordinatur ad actum ſolemnis Canonizationis. pag. ead.col.2.

Dicitur Canonizatio non ſimpliciter, ſed cum addito, videlicet particularis, ſeu Canonizatio ſecundum quid ibid.cum pag. 110.col.1.

Fit per ſolam Sedem Apoſtolicam. 6.2

Beatificationis deſcriptio vnà cum DD. illam firmantibus adducitur pag. 7. vbi renunciatur cultus, & honores qui Iuſtis in eorum beatificatione decernuntur.

Cuius deſcriptionis veritas liquet ex Decretis, vel Breuibus Summorum Pontificum.pag.ead.col.2. & pag.9.col.1.

Et confirmatur ex conceſſione facta per Clementem VIII. Ordin. Sancti Dominici de celebrando Feſtum cum Officiũ Beati Agnetis Virginis de Monte Politiano. 9.2

Beatificatio habet ſemper reſtrictiuam, cultus, temporis, loci, & perſonarum pag.7.col.1. & pag.10.col.1.

Non eſt vltimum Eccleſiæ iudicium, de gloria, & ſanctificatione Iuſti. 10.2

Fit quaſi priuatim ibid.

Beatificationis ordo, ac forma, quam Eccleſia, ſeruat, deſcribitur. pag. 11. & pag. 123. & ſeqq.

Beatificationis negotium iiſdem cautelis quoad diligentias repetitas præmittendas, & dilationem temporis longæui ſeruandam agendum eſt, quibus Canonizationis negotium agitur, ſeruata debita proportione. 74. & 75

Beatificatio maximam affinitatem, immo neceſſariam ſubordinationem, & connexionem habet cum ſolemni canonizatione. pag 75. col. 2.

Dicitur Canonizatio particularis, quia conceditur ſecretò; hoc eſt abſque ſolemnitate. 110.2

Conuenit cum canonizatione in eadem poteſtate, cum vtraque dependeat à ſola poteſtate Summi Pontificis Romani. ibid.

Beatificare Iuſtos, pertinet ad Summum Pontificem priuatiuè quoad alios. 110.2. & ſeqq.

Beatæ Agnetis de Monte Politiano, Ordinis Sancti Dominici Beatificatio. 7.2

Beatus Ioannes de Capiſtrano commedatur. 8.2

Beatificatio Viri Dei Caietani Thienæi Theatinorum Fundatoris. 7.2

Beatificatio famuli Dei Raymundi Honorati Ordinis Beatæ Mariæ Redemptionis Captiuorum. 8

Beatificatio Viri Dei Andreæ Auellini Clerici Regularis. pag. ead. col. 2.

C

Canonizatio ſolemnis Iuſtorum ex Bullis canonizationum, & ex communi Theologorum, ac Canoniſtarum placito definitur cum duabus pag ſeqq. vbi denunciantur cultus, & honores, qui Sanctis, & eorum canonizatione decernuntur. 4.2

Canonizatio, prædicatur de ſolemni, ac publica Iuſtorum adſcriptione

ne, & Sanctorum catalogo, ac etiam de eorundem priuata, ſimpliciq; Beatificatione. pag. 3. col. 2. cum ſeq. col. 1.
Non tantùm propter hoc cenſeri debet vnicus, & ſolus actus, ille beatificationis tantùm, & alter ſolemnis canonizationis ibid.
Canonizatio Sanctorum redundat in honorem Dei. 5. 1.
Eſt vltimum iudicium de gloria, & ſanctitate viri Dei ſolemniter Canonizati. 10. 2
Requirit ad ſui complementum maiora quam Beatificatio ſimplex. ibid.
Requirit examen ſolemnis, & generalis Concilij. pag. 25. col. 2. cum pag. ſeq. col. 1.
Appellatur opus ſenſum, & intelligẽtias noſtras excedens. 26. 1
Eſt potius diuini, quam humani negotij. ibid.
Eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponatur. pag. 20. col. 2. pag. 33 col. 1. pag. 50. col. 1. & pag. 87. col. 2.
Eſt maior inter cauſas de pertinentibus ad fidem. 50. 2
Celebratur publicè, magna cum pompa, & ſolemnitate. pag. 10. in fin. cum pag. ſeq. in principio.
Quoad eius ſubſtantiam habuit originem, ex antiqua lege, & quomodò. 16
Et illius vſus continuabit in Eccleſia Dei vſque ad finem Mundi duraturus. 17. 1
Requirit duo copulatiuè, videlicet ſanctitatem vitæ, ac euidentem miraculorum patrationem, ſufficienter maximè poſt mortem. pag. 92. col. 1.
Prima ſolemnis fuit celebrata ab Innocentio II. anno 1132. ſecundum aliquos. 18. 2
Secundum veriorem ſententiam fuit celebrata à Stephano III. anno 770. 19. 1
Canonizatio plurium Sanctorum, reperitur in veteri, ac nouo teſtamento. 17. 1
Canonizationis, actus continet certam atteſtationem ſanctitatis, canonizandorum. 89. 1

Canonizationis, & Beatificationis diſtinctio ante earundem definitionem, quare præmittatur ab Auctore. 3

Canonizationis: definitio, tradita per Auctorem, colligitur ex Bullis Canonizationis multorũ Sanctorum, ex Theologis Summiſtis, ac Canoniſtis ibidem relatis.pag.5.col.2 cum pag.ſeq.

Canonizationis, & Beatificationis, differentiæ multæ. 10.& ſeq.

Canonizationis ordo, ac forma quam Eccleſia modo ſeruat deſcribitur.pag.11.col.2.& pag.12 col.1.

Canonizationis dilationem, in longa annorum tempora, præſertim Confeſſorum & inferioris ordinis: eſſentialẽ, immò neceſſariam eſt tertia Aſſertio Auctoris.pag 35.quæ Aſſertio probatur, præcipuè ex plurimis Bullis Pontificijs.de quibus pag.eadem in fine & in ſequentibus pag.

Et pariter ex Decreto S.Congregationis Rituum, de quo. 43.2

Canonizationis negotium, inuoluit intereſſe fidei, ac totius corporis myſtici Eccleſiæ militantis.pag.10.col.1. & pag.105.col.2.

Dilatio facit vt creſcat, frequens operatio miraculorum, & fama de operibus canonizandi percrebeſcat in cordibuſq; fidelium, opinio ſanctitatis firmetur, atque roboretur. 34.2

Canonizationem ſolemnem Iuſtorum eſſe quid excelſum arduum, atque difficile; eſt prima Aſſertio Auctoris. 22.2

Quæ Aſſertio, probatur & quampluribus Bullis Summorum Pontificum de quibus pag.ead.cum quiq; ſequentibus.

Et ex authoritatibus DD. de quibus pag.27.in fine cum pag.ſeq.

Non eſſe cum feſtinatione, ſed potius longa temporum, mora interpoſita celebrandam: eſt ſecunda Aſſertio Auct. 29

Quæ Aſſertio, probatur, ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine; collecta ex Bullis Summ.Pontific.quæ allegantur pag.30.cum duab.ſeq.

Et, ex communi Theologorum Canoniſtarum, & aliorum DD.placito.de quibus pag.32. col.2. cum tribus paginis ſequentibus.

Canonizationem ſolemnem, regulatiter præcedit Beatificatio, & & ideò ſunt actus, ex ſui natura diuerſi, atq; diſtincti. 4.1

Canonizare Sanctos, pertinet ad Summ. Pontif. priuatiuè quo ad alios.pag.141.pag.33.col.1.pag.89.col.2.& pag.110 col.2.

INDEX.

Canonizationem Sanctorum,non niſi procedentibus eximijs diligentijs, quæ modum procedendi, nedum, ſubſtantiam facti reſpiciant ijſq; ſæpè repetitis regulariter & ordinariè loquendo, eſſe celebrandam:eſt primum operis Corallarium. 45

Canonizationis multitudo comprimenda. pag.73. per totam.

Cuius Corallarij veritas, probatur primò ex vſu, & conſuetudine Eccleſiæ vſque modo ſeruata, in canonizatione Sanctorum, vt ex Bullis Pontificijs quæ pag.ead.cum quatuor ſequentibus.

Secundò Ratione collecta ab excellentia, & arduitate negotij canonizationis pag.49 cum ſequentibus.

Canonizationum multitudinem,comprimere: valdè vtile eſt.pag. 72.col. 2. cum pag. 73. vbi Doctores ad hoc probandum, allegantur.

Certitudo gloriæ Sanctorum Canonizatorum probatur. pag. 90. col.2.cum pag ſeq.col.1.

Caſus ſpeciales,non ſunt trahendi,in conſequentiam. pag 62

Conceſsio honorum, & cultuum qui debentur Sanctis canonizandis eſſentialiter concomitatur eßentiam canonizationis. 13.2.

Conceſſio prædicta non eſt vniuerſaliter facienda beatificatis tantum.pag.ead.col.1.

Si fiat alicui beatificato tantùm dicetur quod illi cultus, & honores non competant ex natura rei, & Beatificationis,ſed aliunde nempè ex gratia non ordinaria Summi Pontificis. 14

Et talis conceſſio non erit vltimum teſtimonium ſanctitatis, & gloriæ beatificati.pag.ead.col.2.

Conſiſtorium: duplex,ſecretum, & publicum ſemper præcedit decretum de canonizatione Iuſti certa die celebranda. pag. 46. col.1.in fine cum pag. ſeq.

Conſuetudinis Eccleſiæ vis, & efficacia demonſtratur.28. cum ſeq.

Conſuetudo Eccleſiæ pro certa lege, eſt habenda. 29.1

Ortum habuit à Chriſto immediatè vel ab Apoſtolis Spiritu ſācto inſpirante. 29

Partim accepta eſt,ex ſcriptura, partim ex Apoſtolorum, & Antiquiſſ.Patrum traditione.pag.ead.col.2.

Con-

Conſuetudo Eccleſiæ diù ſeruata in Beatificatione Iuſtorum, eſt ad memoriam reuocanda, vbi de huiuſmodi Beatificatione facienda agi contigerit.pag.75.col.in fine.

Conſuetudo Eccleſiæ ſemper ſeruata in Beatificatione Iuſtorum; fuit præmiſſis neceſſarijs diligentijs, & opportunis informationibus, de Iuſtorum vitæ ſanctitate, & miraculorum veritate, modò vnum, modò aliud ipſis concedere, ſicque illorum cultum congruis temporibus ampliare quod latè, & diſertè probatur. pag.76 cum quinq; ſequentibus, & pag.85.col.2.

Conſuetudo Eccleſiæ: demonſtrat, quod in Summo Pont. ſit, poteſtas præmiſſis, præmittendis Iuſtos beatificandi. 111.1

Conſuetudo antiqua Eccleſiæ: eſt magna efficacia, apud fideles, aut infideles. 29.2

Obijciebatur à Diuo Hieronymo, Auguſtino, Irenæo, & Tertulliano hæreticis ſuorum temporum, ad illos faciliùs conuincendos. 29.1

Conſuetudinis antiquæ Eccleſiæ circa beatificationem Iuſtorum rigoroſa obſeruantia, redundat in honorem, & exaltationem fidei cath. & commendationem magnitudinis negotij beatificationis, ſiue canonizat eorundem Iuſtorum. 85.2

Corollarium primum operis proponitur. 45

Secundum proponitur. 50

Tertium proponitur. 53

Quartum proponitur. 56

Corpus B. Caietani Thienæi Theatinorum Fundatoris requieſcit Neapoli. 8.2

Pij V. tranſlatum fuit per Sixtum V. ad Baſilicam Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, conditumq; in Cappella, in qua ſeruatur Eucbariſtia Sacramentum. 77.1

Beati Iacobi de Marchia Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia ſeruatur Neapoli in Eccleſia S. Mariæ de Noua ſui Ordinis vbi maxima populi deuotione colitur. 77.2

Beati Alberti Magni, Ordinis Prædicatorum ſeruatur Coloniæ. pag.78.2.

Beatæ Margharitæ de Tiphernio Ordinis S. Dominici ſeruatur in

ead.ciuitate in Eccleſia Fratrum eiuſdem Ordinis. 79.1
Credulitas damno ſemper ſolet eſſe puellis.Ouidius. 33 2
Eedem repentina: mater eſt erroris,& nouerca conſilij. ibid.

D

DEcretum Sacræ Congregationis Rituum de ſolemni beatificatione Caietani Thienæi Theatinorum Fundatoris adducitur pag.7.cum ſeq.
Super longa dilatione beatificationis, ſeu canonizationis Iuſtorum allegatur. 43.2
Super extenſione cultus, ac feſti Beati Ioannis de Capiſtrano Ordinis S.Franciſci de Obſeruantia adducitnr. 79.cum ſeq.
Super extenſione cultus, ac feſti S.Rocchi adducitur. 81.cum ſeq.
Super impreſſione lectionum, pro Officio S. Catharinæ Senenſis adducitur. 83.cum ſeq.
Diffinitio ſolemnis Canonizationis, traditur, pag.4.col.2. cum pag. ſeq.col.1.
Dictio mox, protinus, & confeſtim, quid ſignificẽt, vide pag.67.in principio.
Differentia inter Canonizationem, & Beatificationem ſeptuplex affertur, pag.10.cum duabus ſeqq.
Miraculorum ſecundi, & tertij generis, ſeu ordinis adducitur, pag.67.col.2.
Difficilia valdè, magna, atq; excelſa: nedum exquiſitis cautelis adhibitis tentanda eſſe, verum etiam & rarò, eſt tertium Corollarium operis, 50
Difficultas magna æquiparatur impoſſibilitati, quod probat Auctor nedum ex Iuris humani diſpoſitione, verum etiam diuini, pag. 50.col.2.cum duabus pag.ſeqq.
Doctrina Caobolicorum Doctorum, ab Eccleſia auctoritatem habet, pag.28.col.2.
Dubitans, an Sanctus canonizatus, ſit in Cœlo venit, in ſuſpicionem hæreſis. 91.1

E

Eccleſia, in diſcretione miraculorum, regitur inſtinctu Spiritus Sancti, 90.1
Eccleſiam errare in iudicio miraculorum, non eſt credibile, pagina ead. col. 2.
Eccleſia in canonizatione Sanctorum vtitur teſtimonio, multorum, & magnæ auctoritatis virorum, & inſuper miraculorum teſtimonio pag. 90. & ſeq. col. 1.
Dum aliquem Sanctorum numero adſcribit, certum teſtimonium perbibet virum canonizatum, dum viueret ſanctitate polluiſſe, ac poſt mortem inter cæleſtes eſſe à Deo translatum. 107.1
Magis eſt certa de ſanctitate, & beatitudine Auguſtini quam fuerit iudicium Auguſtini in hac vita de ipſo. 90.1
Eccleſiæ iudicium de ſanctitate vitæ famulorum Dei, qui Sanctorum Catalogo aſcribuntur magna ex parte pendet, ex legitima miraculorum probatione. 88
Epiſcopi antiquitus aliquos Sanctos canonizauerunt ex facultate ſpeciali illis à Summo Pont tradita, 112.1
Non habuerunt à Summo Pont. facultatem canonizandi, vel beatificandi abſolutè, & vniuerſaliter pro tota Eccleſia, ſed ſingulariter pro ſuis Diœceſibus tantùm, ibid.
Non habuerunt facultatem canonizandi, vel beatificandi abſolutè, & ſimpliciter: ſed ad libitum Summi Pontificis, pag. ead. col. 2. vbi etiam quod hæc facultas fuit à Summis Pontificibus iuſtis de cauſis reuocata.
Non habuerunt de iure, ſeu ex traditione Apoſtolorum auctoritatem canonizandi, vel beatificandi, ibid.

F

Fama publica non eſt ſufficiens, ad probandum in cauſa canonizationis. 101.1
Aliquando originem habet ab aliis, qui non modicum intereſſe habent in cauſa canonizationis. pag. ead. col. 2.

Quæ ortum habet ex populo, ſeu ex turba: non eſt admittenda ad effectum canonizationis; ſed tantùm illa, quæ ortum habet ex teſtimonio maiorum, qui ſint ſanioris iudicij. 102

Quando probet in re graui, & quando non latè explicatur, pag. ead. cum tribus ſequentibus.

Quæ ortum duxit à perſonis intereſſe proprium habentibus in re de qua agitur, ſi cedat in damnum alterius, eſt punibilis. 103.2

Per ſe regulariter non facit probationem. 104.1

Maximè vbi agitur de re graui, ac magni præiudicij, ibid.

Non probatur per teſtes ſingulares, quorum vnus dicit de vna parte ciuitatis, alius de alia parte. ibid.

Plus probat, quam vnus teſtis pag. ead. col. 2.

Vna tollit aliam, ſi ſint in eodem loco, ibid.

Affirmatiua poteſt infrigi per negatiuam probatam per plures teſtes vel digniores, alioquin habetur hinc inde pro nulla. ibid.

Fides Catholica honoratur, & exaltatur ex rigoroſa obſeruantia antiquæ conſuetudinis Eccleſiæ, circa beatificationem, ſiue canonizationem Iuſtorum. 85.2

Et ex quolibet rigore in negotio beatificationis, vel canonizationis Iuſtorum adhibito. 108.2

Forma ſolemnis canonizationis Sanctorum, quam modò ſeruat Eccleſia, quo tempore incæperit: non, eſt certum inter Doctores. pag. 15.

Aderat ante tempora Alexandri III. pag. ead. col. 2.

Poſt tempora verò eiuſdem Alexandri III. ſuſcepit incrementum præſertim quo ad ſolemnitatem circa cærimonias, ibid. & 20.2

Forma ſolemnis canonizationis, & ordo procedendi circa illam inductus eſt ex ordinatione Eccleſiæ Catholicæ, cuius ordinatio originem traxit ab Apoſtolis. 17.2

Quæ forma, & ordinatio in dies ſemper aucta eſt, & maiori pompa, ac ſolemnitate Deo inſpirante celebrata, ibid.

Incæpit ſedente Innocentio II. ſecundum aliquorum ſententiam, pag. 10. col. 2.

Incæpit ſecundum veriorem ſententiã ſedente Stephano II. 19.1

INDEX.

G

GLoſſ.dictum ſuper Matth.c.8.quod nempè miracula poſſunt fieri ſucceſſiuè, declaratur. 65.2

H

HAereſim ſapit Luteranorum, aſſerere Eccleſiam in alicuius Sancti canonizatione errare. 91.2

Homines ſimplices,& ignorantes, necnon fœminæ,ac mulierculæ appellant frequenter miracula, illa facta, quæ tantùm mira, & rarò fiunt,quamuis re, & potentia naturali producantur. 106

Aliquando enim prædicta difficilia,æſtimàtur, & appellatur miracula,pag.ead.col.2.vbi etiam ratio erroris adducitur.

Aliquando ex quadam pietate apparenti,credentes ſe obſequium præſtare Deo aſſertiuè deponunt quod non eſt apud illos, vel illas,ita certum,ſed potius dubium. 107.1

Homines plures,in veſtimentis ouium, apparent extrinſecus, qui intrinſecus ſunt Lupi rapaces, 32.2

I

IMago Beatorum pingatur cum radijs tantùm ad caput. 12.2

Illa verò Sanctorum canonizatorum pingatur cum diademate,ſeu circulo aureo in capite. ibid.

Iudicium Eccleſiæ de ſanctitate vitæ famulorum Dei, qui Sanctorum catalogo aſcribuntur,magna ex parte pendet ex legitima miraculorum probatione. 88

Honores, & cultus,Sanctorum canonizatorum proprij non conceceduntur vniuerſaliter beatificatis tantùm. 13.1

Si tribuantùr beatificato tantùm,illi competent non ex natura rei, aut ex vi beatificationis,ſed aliunde nempè ex mera gratia non tamen ordinaria Summi Pontificis pag. 14. per totam.

Honorum,& cultuum Sanctorum canonizatorum, conceſſio,ſi fiat ex ſpeciali gratia, beatificatis tantùm, non erit vltimum teſtimonium ſanctitatis,& gloriæ beatificati, pag.ead.col.2.

Honorū,& cultuū,qui debentur Sanctis canonizatis,conceſſio:eſſentialiter concomitatur eſſentiam ipſius canonizationis. 17.2

Manus

INDEX.

M

Manus citò, nemini imponenda, pag. 35. col. 2. S. Hieronymi Gratianopolitani Epiſcopus. 18. 2
Martyres ante illorum canonizationem Beati *declarantur*, pag. 127. & ſeqq.
Miracula sũt ſigna, quibus regulariter Deus pandit Eccleſia verã certamq; eminentem ſanctitatem, canonizandorum, pag. 8. col. 1 & pag. 92. col. 2.
Sunt neceſſaria tanquam media ordinaria, in Sanctorum canonizatione pag. 88. col. 2. cum pag. ſeq.
Sunt quædam atteſtationes, ſecundùm quas homo iudicat ſecundum præſentem Iuſtitiam, 89. 2
Vniuerſaliter probari non poſſunt à non præſentibus, pag. 99. col. 2. *ſed fallit in aliquibus caſibus, ſpecialiter qualificatis, quorum vnus explicatur, ibid. & pag. ſeqq.*
Miracula vera, certa, & indubitata eaque ritè, ac ſufficienter per teſtes probata requiri, ad ſolemnem Iuſtorum canonizationem eſt tertium operis Corollarium. 53. 1
Cuius *Corollarij verita, ſprobatur ex Bullis* Summorum *Pontificum, quæ allegatur* pag. ead. col. 2. cum pag. ſeq.
Miracula vera ob duplicem finem à Deo *efficiuntur,* 55. 1
Primò efficiuntur ad confirmationem Catholicæ veritatis, quam quis prædicat, docet vel aliter eam pandit, ibid.
Secundò *efficiuntur ad declarandam eximiam ſanctitatem Iuſtorum, quos ipſe Deus vult ſeruatis ſeruandis ſua Eccleſia in exemplum & ad imitationem proponere* pag. ead. col. 2. vbi DD. *prædicta probantes referuntur.*
Miracula vera, quando, ſint iudicanda à Deo *effecta ad declarandam Iuſtorum ſanctitatem,* pag 56. *vbi traditur regula vera, & generalis ad hoc idem.*
M*iracula duo ſaltem ſecundi ordinis, vel generis requiri ad canonizationem Iuſtorum: eſt Quartũ* Operis Corollariũ, 56 cũ ſeq.
Cuius *Corollarij veritas probatur ex vſu, & antiqua conſuetudine Eccleſiæ de qua in Bullis canonizationis Sanctorum.* 57

Et

Et pariter ex ratione ducta ad euitanda ſcandala, pag. 58
Miracula ſecundi ordinis: non fiunt neceſſariò in inſtanti, ſed ſucceſſiuè, vel ſtatim indifferenter, pag. 66. col. 1. cum pag ſeq. col. 1.
Aliqua ſecundi ordinis, non ſtatim ſed ſucceſſiuè à Deo patrata, ex Sacra ſcriptura deprompta referuntur. 67
Plura ſecũdi ordinis miracula illicò & confeſtim à Deo patrata ex Sacra ſcriptura collecta referuntur, pag. ead. col. 2. cum pag. ſeq.
Miracula tertij ordinis, vt verè miracula dicantur duas requirũt conditiones, quæ recenſentur, & abundè probantur, pag. 66. col. 2. cum pag. 70. 71.
Miracula ſunt triplicis generis, vel ordinis ſecundum quod tripliciter naturæ poteſtatẽ excedere dicũtur, quod ex D. Th præſertim explicatur, & eiuſdem, ac aliorum Theologorum, Rotæq; Romanæ auctoritate firmatur pag. 71. col. 2. cum pag. ſeq.
Miracula tertij ordinis abſolutè loquendo fieri poſſunt ſucceſſiuè, ſed regulariter fiunt mox, citò, vel protinus, pag. 65. cum duabus ſeqq. & pag. 67. & 70.
Cuius aſſerti ratio aſſignatur ex D. Th. ac alijs Theologis. 66. 1
Miracula ſunt media quibus vtitur Eccleſia ad demonſtrandam virorum Dei eximiam ſanctitatem, 86
Non poſſunt directè probari, ſed tantùm indirectè ibid. vbi etiam aſsignatur ratio.
Excedunt facultatem, ac ordinem totius naturæ creatæ, pag. 71. col. 2. & pag. 86. col. 2.
Sunt veriora ſigna ſanctitatis famulorum Dei, 40. 1
Miracula à Deo operata precibus S. Vincentij Ferrerij fuerunt num. 860. inter quæ triginta mortuorum reſuſcitationes connumerantur. 37. 1
Miraculorum neceſſitas in canonizatione Sanctorum, teſtimonio plurimorum Doctorum expenditur, pag 92. cum ſeq. col. 1.
Euidentia miraculorum requiritur, in canonizatione Sanctorum præſertim poſt mortem, 92. 1
Multitudo requiritur miraculorum in canonizatione Sanctorum ſecundum Archid. ac alios DD. pag. 93. col. 2. eſt autem opinio

aliquorum quod duo, vel tria miracula legitimè probata ſufficiant, ibid.
Diſcretio verò miraculorum maximè in qualitate pertinet ad Eccleſiam. 90.2
Illorum verò qualitas, atque probatio ad effectum canonizationis magna cautela, ſummaq; diligentia conſideranda eſt. 89.1
Ipſorum frequentia neceſſaria in beatificatione, vel canonizatione Iuſtorum eſt probanda per multos teſtes idoneos valentes reddere rationem ſuorum dictorum, 87.1
Miraculorum probationi valdè confert atteſtatio ipſius Sancti, qui miracula fecit, pag. 95. vbi hæc aſſertio probatur.

N

NEmini de facili credendum eſt. 33.1
Neque etiam bono viro. ibid.
Nullus quantùmcumque Iuſtus, ſiue Sanctus reputatus cultu publico, ſeu veneratione gaudere valet abſque ſpeciali facultate, vel conceſsione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, pag. 112. 113. & ſeqq.
Negantes in Pontifice Romano, nō reperiri facultatem canonizandi, vel beatificandi Sanctos quomodo ſint ſuſpecti de hæreſi, pag. 114. & ſeqq.

O

OBiectio contra diſcrimen allatum per Auctorem inter canonizationem, & beatificationem Iuſtorum adducitur, 13
Eius reſponſio affertur, ibid. cum pag. ſeq.
Obiectio duplex contra ſententiam Auctoris de tempore quo incæpit forma ſolemnis canonizationis Iuſtorum adducitur. 10
Reſponſio affertur ad obiectiones ibid. & pag. ſeq.
Obiectio contra aſſertionem Auctoris de differenda in longa annorum tempora Sanctorum canonizatione adducitur. 37
Illius reſponſio affertur pag. 38. cum ſeq.
Obiectio contra dictum Auctoris de æquiparatione magnæ difficultatis, etiam impoſsibilitati. 51
Reſponſio affertur, ibid. cum pag. ſeq.

Obie-

Obiectio prima, vt principalis contra dilationem canonizationis Sanctorum deſumpta ex Bullis Summorum Pont. adducitur. 59
Eiuſdem obiectionis reſponſio affert pag 60.
Obiectio ſecunda, & principalis, contra dilationem canonizationis Sanctorum deſumpta à celeri, canonizatione aliquorum Sanctorum adducitur. 61
Eiusdem reſponſio affertur, ibidem.
Obiectio tertia, vt principalis, in qua contenditur: miracula tertij ordinis in causa, canonizationis Sanctorum ſufficere contra Auctoris aſſertum adducitur, 62
Eiusdem reſponſio multiplex, affertur, 63
Obiectio quarta, & principalis in qua, contra Auctoris aſſerta contenditur, miracula tertij ordinis non solùm ſtatim, & illico, sed etiam succesſiuè fieri. 64. cum seq.
Eiusdem reſponſio affertur. pag. 65. cum seq. col. 1.
Obiectio contra dicta Auctoris de pluralitate teſtium, neceſſaria in negotio canonizationis adducitur. 98. 1
Ipſius reſponſio affertur pag. ead. col. 2.
Obiectio contra dicta Auctoris de non paſſim admittendis in cauſa canonizationis, teſtibus ſimplicibus, ac ignorantibus, neque fœminis, neq. teſtibus de auditu alieno, vel de publica voce, ac fama deponentibus adducitur. 107
Ipſius reſponſio affertur ibid. iuncta pag. ſeq.
Obiectio cōtra dicta Auctoris de poteſtate beatificādi, ac canonizādi famulos Dei in Papa priuatiuè quo ad alios adducitur. 112. 1
Eiuſdem reſponſio affertur ibid. & alibi ſæpius.
Obſeruantia rigoroſa antiquæ conſuetudinis Eccleſiæ circa beatificationem, ſiue canonizationem Iuſtorum redundat in honorem, & exaltationem fidei Cath. & commendationem magnitudinis negotij beatificationis, ſiue canonizationis eorund. Iuſtorũ. 85. 2
Officium S. Catharinæ Senenſ. ex præcepto Apoſtolico, recitandum eſt, in tota Eccleſia quolibet anno die 30. Aprilis. 85
Opinio Toſtati, quod Chriſtus Dominus omnia miracula operatus ſit in inſtanti refertur, 68. 2

Opi-

INDEX.

Opiniones contrariæ Iuriſtarum circa neceſsitatem rationis ſui dicti reddēda per teſtem examinatum & ſi interrogatum & quæ videntur circa hoc contraria quomodo concordētur, 97.2.*cū ſeq.*

Opiniones Doctorum de tempore quo inceperit forma ſolemnis canonizationis Iuſtorum, quam modò ſeruat Eccleſia inter ſe diſcrepant, pag. 15.*cum pag.* 18.*col.* 1.

Opus quanto magis eſt arduum tantò cum maiori tarditate, atque maturitate explendum eſt, 34.2

P

PApa ſolus & priuatiuatiuè quoad alios famulos Dei canonizat *pag.* 14 *col.* 1.33.*col.* 1.89.*col.* 2 110.*col.* 2.& 111.*col.* 2.

Beatos declarat pag. 110 *col.* 2.*cum pag ſeq.*

Poteſt certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum, præcipuè verò per inſtinctum Spiritus Sancti, 89.2

Periculum maius circa maiora verſatur, 34.1

Vbi maius periculum: ibi cautiùs agendum, 87

Probatio maior requiritur in arduis. 49 2

Probationes qualeſcumque non ſunt admittendæ in negotio beatificationis, vel canonizationis Iuſtorū præſertim circa miracula canonizandorum, pag. 6.1.*vbi col.* 2.*rationes dicti adducuntur.*

Probatio directa fit per principia naturalia pag. 86.*col.* 2.

Publica vox & fama, quando non ſunt ſufficientes in negotio canonizationis. 101.

Quæ tantùm fulcitur teſtimonio multorum, nō tamen conteſtium, non eſt admittenda tanquam ſufficiens in cauſa canonizationis pag. 105.*col.* 1.

Quæ fundatur in dicto vnius tantùm teſtis de viſu, aliorum verò de auditu alieno non eſt pariter tanquam ſufficiens admittenda pag. 106.*col.* 1.

Quæ fundatur in teſtimonio hominum ſimplicium, & ignorantium præſertim verò fœminarum, quamuis hi teſtes plures ſint non eſt iterum tanquam ſufficiens admittenda, ibid.

Probationes infirmæ in cauſa canonizationis, non principaliter, ſed acceſſoriè, & tanquam adminiculantes validiores, firmioreſq; probationes admittuntur. pag. 108

R

Regula Iuriſtarum, quæ habet, caſus ſpeciales non ſunt trahendi in conſequentiam, adducitur, & diſertè probatur, pag. 62
Regula Iuris. Vbi maius periculum, ibi cautiùs agendum, refertur, & abundè Iurium allegationibus, probatur. pag. 87
Religio quid, & qualis ſit, explicatur. 137. 1. & 2
Rigor moderatus in negotio beatificationis, vel canonizationis Sãctorum adhibitus, claudit diabolica ora obloquentium contra Sanctorum canonizatorum venerationem, & detrahentium veritati miraculorum. 108. 2
Eſt ſumma pietas, & cedit in obſequium Chriſti, in exaltationem fidei Catholicæ, & in maximum fidelium vtilitatem, ibid.
Rumor, qui eſt inſtantaneus clamor minus probat, quam fama. pag. 105. col. 1.

S

CVrationes morborum quæ aſſeruntur miraculosè, ſæpè dubitationi ſubiacent, cum medicamenta præceſſerunt, 64. 1
De ſanctitate multa adducuutur. 136. & ſeqq.
Vt ſint verè miraculoſæ, quid requirant vidè pag. 64. col. 2. & & pag. 66. col. 2.
Sanctus Bernardinus Senenſis ſemptem annis ante mortem eximijs miraculis illuſtratus fuit. 27. 2.
Quinque mortuos ſuſcitauit, & cæcos etiam à natiuitate illuminauit. 40. 2.
Sanctus Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicatorum operatus eſt miracula 860. & triginta mortuorum ſuſcitationes. 37. 2.
Fecit alia mira opera quæ vnà cum illius excellenti ſanctitate recenſentur. 38. 39.
Sanctus Raymundus Confeſſarius Sanctæ Catherinæ Senenſis, in imaginibus illius, radios ad loca ſtygmatum pertingentes exprimit fecit, 85. 1
Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus mirè laudatur à Nicolao V. 43. 1
Sancti per canonizationem, quos cultus conſequantur, vide pag. 5. 1. & pag. 6 1.
Canonizati dicuntur ſimpliciter, & abſolutè Beati, 12. 1

I N D E X.

Beatificati, ſeu qui tantùm Beati declarantur, non ſunt dicendi abſolutè, ac ſimpliciter canonizati, ibid.

Canonizati inuocari poßunt in litanijs, & alijs publicis præcibus Eccleſiæ, pag. 13. at beatificati tãtùm inuocari non poſſunt, ibid.

Appellantur Senatores Dei, 22.2

Sunt quædam exempla virtutum, & norma rectæ vitæ, & quaſi lucernæ à Deo accenſæ, vt omnibus alijs præluceant. 17

Sancti atteſtatio de miraculo à ſe facto multùm operatur ad miraculi probationem, pag. 95. vbi hoc multis exemplis probatur.

Sancti plures, ac Sanctæ coluntur ab Eccleſia quas conſtat eſſe in vita æterna ex diuina reuelatione facta, aut ipſis Sanctis apparentibus, aut Angelis prædicantibus, 88.2

Spiritus Sanctus aſſiſtit Eccleſiæ, ne ceßet in negotio canonizationis pag. 90. col. 1.

Stygmata S. Catharinæ Senenſis comprobauerunt ſcripto viri religioſi, pag 83. col. 2. & pag. 140. & ſeqq.

Nouiſſimè comprobauit Sacra Rituum Congregatio Decreto ſuper Officio dictæ Virginis edito, quod adducitur pag. ead. cum ſeq.

Qualia fuerint habetur ex lectione approbata in Officio eiuſdem Virginis, quæ adducitur, pag. 84. cum ſeq col. 1.

Fuerunt per S. Raymundum dictæ Virginis Confeſſarium, ſub ſpecie radiorum ſub illius imaginibus impreſſa, 85.1

Stygmatum dictæ Virginis impugnator, concinne carpitur ab Auctore. pag. 83

T

T*Empus omnia mortalibus patefacit,* 32.2

Omnia ducit ad veritatem, 55.2

Teſtes in cauſa beatificationis, vel canonizationis Iuſtorum, ſunt examinandi non ſolum ex diligentia maiori, qua ſolent teſtes in alijs cauſis grauioribus examinari, verum etiam longè maiori pag. 87 col. 1. vbi de ratione.

Teſtes quorum vnus deponit de vno miraculo, & alius de alio nõ admittuntur, tanquã ſufficiente probantes, præſertim in negotio canonizationis pag. 94. col. 2 vbi de ratione.

Teſtes in re graui deponentes debent carere omni impedimento canonico, ac eſſe omni exceptione maiores, 107.2

Teſtes num. 198. viri probati, examinati circa vitam, & ſanctitatem S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, & ſæpiùs ab eo patrata miracula præſertim ſecundi generis, 25.1

Teſtis in cauſa canonizationis Iuſtorum non tenetur reddere rationem ſui dicti, niſi interrogatus ſecundum Maluitium. 96.1

Contraria tamen ſententia cõis eſt Iuriſtarum, pag. ead. cum ſeq.

Teſtis vnus probat miraculum, quod de ſe nullam admittit probationem, niſi vnius teſtis ſingularis, 98.2

Intellige primò ſi teſtis ſit omni exceptione maior, vt ibid. iuncta pag. ſeq. col. 1.

Intellige ſecundò, ſi prius aliàs conſtet de veritate aſſerti miraculi, 99

Teſtium examen non eſt committendum Notario tantùm, vel alteri perſonæ, ſed immediatè eſt explendum per Iudices ad hoc delegatos à Sancta Sede Apoſtolica, 94.1

Teſtimonium populi, ac turbæ non eſt ſolùm requirendum in canonizatione Iuſtorum, ſed etiam eſt requirendum teſtimonium maiorum, qui ſunt ſanioris conſilij, ac verioris iudicij. 102.2

V

VErba illa, ſolemnis Inquiſitionis, de quibus in Bullis canonizationium exponuntur, 46.1

Verba illa Euangelij facilius eſt Camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in Regnum cælorum ſignificant impoſſibilitatem in vtraque parte dictæ orationis. 52

Verba illa mox, protinus, & confeſtim, quid ſignificent, vide pag. 67. col. 1.

Viſiones diuinas in immenſum multiplicatas recipere non oportet. pag. 73. col. 1.

Præmonitio ad Lectorem.

Cunctis enim manifeſtum eſt vix imprimi poſſe librum aliquem, qui Typographorum erroribus non ſcateat. Hinc eſt quod ſeparatim notulam errorum correctionum condunt aliqui Authores quod ob temporis penuriam non valui perficere; dignabitur itaq; prudens Lector quos inuenerit, emendare, quod non erit difficile cum nõ faciant ſenſum omninò abſurdum, ſed aliquando diſtortum, vel obſcurum.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE